

ipsa cognoscimus : ergo veritas formalis non est conformitas rei, prout cognita est, cum ipsamet re; siquidem, ut cognita, solam appellationem extrinsecam significat. Quod si dicas non comparari rem, ut cognitam, secundum extrinsecam appellationem; sed alio sensu dici rem, ut cognitam, scilicet secundum rationem formalem cognitam, ut explicabamus opinionem istam. In eodem errore, & fallacia hæremus; nam ratio obiecta eadem appellationem extrinsecam significat: ratio enim rei est in mente, scilicet, verbū, quo re exprimimus; res autē cognita per verbū, extrinseca appellatione dicitur ratio. Sed quia res ipsa, quæ intelligitur, non intelligitur eo modo, quo in se est, sed partitè, vel confusè, dicitur ratio obiecta vna, & alia in re ipsa, prout res eadē occurrit diuersis conceptibus. Et ita res cognita, prout est ratio obiecta, nihil significat, nisi appellationem extrinsecam; quia intelligitur per plures rationes, hoc est, per plures conceptus: licet nomen istud, ratio obiecta, supponatur pro re ipsa cognita, ut lib. 1. docuimus. Cū ergo veritas rei non sit persentienda secundum extrinsecam appellationem, intelligi non potest, quod veritas rei sita est in conformitate quadam rei cognitæ, prout cognita est, cum re ipsa. Explicatur hoc magis, nā cōparatio, qua veritas rei dignoscitur, intellectu fit, cōferendo vnū alteri; ergo necesse est ut cōparetur vna res intellecta cum alia re intellecta: nisi enim vtrūq; extremū intelligamus, cōparare non possumus. Quo modo ergo cōparamus rem cognitam cū re, nisi cū re cognita? Ergo cōparamus idē cū eodē, quæ non erit relatio cōformitatis, sed idētitatis; veritas autē in nobis est relatio conformitatis, ut liquet. Imò in omni nostra cognitione erit verū, quia erit idem cū eodē cōparatū; quod nō solum cōforme est, sed idē. Non ergo cōparamus rem cognitā cum re, sed cognitionē cū re cōferimus; & in cognitione nostra dicimus esse verū, vel falsū, cōparando cognitionē cū re ipsa.

Hęc tamen argumēta videntur conuerti falso fundamento, quod scilicet nō possumus discernere naturam aliquam, prout est cognita, ab ipsa natura, prout est in re; cū diuersi sint status naturæ eiusdem, ut lib. 4. elucidabimus, secundū quod est in intellectu, & secundū quod

A est in re : at verò secundum quod est in intellectu, est cognita; rectè ergo hæc discernuntur, & inter vtrumq; extremū poterit fieri comparatio. Sed aduertendū est, quod natura secundum quod est in intellectu, habet aliqua ab intellectu, ut quod sit cōmunis, & vna in multis. Quare cū dicitur homo rationalis, rationale non conuenit homini secundum quod est in intellectu, sed secundum quod est in re ipsa rationalis. At verò in intellectu hominem esse rationalem, est hominem cognosci rationale, quæ est appellatio extrinseca. Hęc autem vberimè explicabimus lib. 4. sunt enim valdè difficilia. Sed ex istis colligitur, quod ut intelligamus vtrum hominē esse rationale verum sit, nō cōparamus hominē, prout est in intellectu, cum homine extra intellectum: nam homo, prout est in intellectu, nihil habet nisi intelligi, quod est extrinseca appellatio. Sed conferimus nostrum intellectum cum re ipsa; & in illa conformitate inuenimus verum in mente, & in re ipsa, prout in se ipsa est. Quare nō cōparatur res cognita cū re, sed cognitio cōfertur cum re cognita.

Denique ut rem istā clariùs elucidemus. Nemini est dubiū, quin ipsum iudicium mentis sit verum, vel falsum, ut docet Arist. & apud omnes constat; res autem, de qua iudicamus, dicitur vera, quatenus cognita (ut isti Doctores volunt) res, inquā, ut cognita per illud iudicium mentis, vera dicitur, ut similiter confirmāt: ergo res cognita dicitur vera, quatenus significatur iudicio vero; ergo ab ipso iudicio vero, tanquā à primo vero, habet res cognita ut dicatur vera. Imò habet hoc sola appellatione extrinseca, ut cōmonstrauimus. Fallūtur enim in eo, quod aiūt veritatē esse in cōceptu nō primò, sed secundò, quasi in secundo analogato; primò autē esse in re cognita. Nam etsi sanitas sit in pulsu secundò, quasi in signo, ideo dicitur esse secundò in signo, quia primum est in animante. Veritas autem ex propria ratione habet, ut sit primò in intellectu; ergo etsi sit in intellectu, ut in signo, hoc non obstat, quo minus sit primò in intellectu; quia hoc ipsū habet veritas ex natura sua, ut primò pertineat ad signum intelligibile, siue ad representatiuū cōceptū rei. Hoc autē est euidentissimū: nā res ut cognita est quid posteri⁹ cognitione, & cognitio

Responso per idem alijs verbis.

Refellitur.

Res cognita extrinseca appellatione dicitur ratio, seu ratio obiecta: licet ratio obiecta supponat pro re ipsa cognita.

Improbatur 2. explicatius.

Res cognita non potest cōparari cum re, nisi eū re cognita; ac proinde secum.

8. Obiectio contra hęc argumēta.

Aduert.

In intellectu hominē esse rationale est cognosci rationale.

Solutio obiectiois.

9. Improbatur 3. efficaciter.

Veritas est in re cognita per iudicium saltē, sed æquiuocè sola appellatione extrinseca, à iudicio vero, tanquā à primo vero.

Nō est primò in re cognita, & secundò in conceptu.

Ex natura sua habet ut sit primò in signo re presentatio rei, id est, in conceptu. Ostenditur 1.

Secundò,

Conceptus dicitur verus à re ipsa in se:

Et ista veritas conceptus sola denominatione extrinseca refunditur in re vt cognita.

Veritas est in voce tanquam in signo, secundò, & sola appellatione æqui-uoca.

10. Improbatur 4

Conformitas in opinione Durandi, non solum est in re cognita, sed etiam in re ipsa absolute. Probat.

Veritas in ratione mensurabilis inuenta, est in conceptu.

In ratione etiã mensuræ comprobata, est in re ipsa absolute.

11. Improbatur 5.

12. Improbatur 6. Res vt cognita neq; vt cog-

nò dicitur vera à re, vt cognita; quia sèper esset vera; quia semper cõformatur re, vt cognita; cognitũ enim, vt cognitũ, idẽ est sibi. Dicitur ergo cognitio vera à re ipsa, prout in se ipsa est; & ista veritas cognitionis sola appellatione extrinseca refunditur in rem, vt cognita; quia dicitur res cognita vera, quatenus cognoscitur per verã cognitionem, quæ est extrinseca appellatio, vt postea etiam disputabimus. In voce autẽ est veritas non primò, sed secũdò tanquã in signo: quia vox non est cõformis intellectui, aut rei intellectæ, sed significat intellectũ verũ, aut rem verã: & ideo in hoc signo est veritas secundò, & æqui-uocè, sola appellatione, vt sanitas in signo sanitatis.

Præterea si rem cognitã cõparemus cum re ipsa, vt illi volunt; ibi etiam inuenienda est quædam conformitas mutua relatione. Quod videtur quidã perperam negasse in ista opinione Durandi, affirmantes non esse ibi relationẽ cõformitatis rei, quæ conformetur cum se ipsa vt cognita; sed solum rem vt cognitã, conformari cum re. Hoc autẽ falsum esse videtur; nã animi meditatione, omne relatum habet correlatiuum, vt hoc libro docebimus, & in re proposita manifestum est. Nam si res vt cognita, cõformatur cum re ipsa, res vt cognita, est mēsurabilis; ergo id, cui conformatur, est mensura; referuntur ergo mutua relatione mensurabilis, & mensuræ: neque hoc est in dubio. Quòd si in ratione mēsurabilis sita est veritas, cur negabimus in ipso conceptu, siue iudicio mentis, quod cõformatur rei cognitæ, primò ac principaliter veritatem inesse? Deinde si verũ dicitur id solum, quod est mensurabile, Deus non erit verũ, cum mēsurabile non sit. Quòd si etiam mensura dicitur verũ, cur non erit verũ res absolute, si illa est mensura rei cognitæ?

Illa autem intricatio maxima est; cũ enim verũ non dicatur, nisi in ordine ad intellectũ, vt ipsi fatentur; si res vt cognita, in ordine ad intellectũ est vera, in ordine ad eundem intellectũ est mensurabilis, aut mēsuræ; verum enim, aut est mensura, aut mensurabile: res autem vt cognita, semper cõformatur cognitioni; ergo si in ea conformatione sita est veritas, omnis cognitio vera est.

Sed neque res vt cognita, est mensura cognitionis, cum sit posterior cog-

tionem; neque est mensurabile, quia cognitio non est mensura rei; ergo res vt cognita, nulla ratione est conformis intellectui, neque vt mensura, neque vt mensurabile; Quod consequens verissimum est, quia res vt cognita significat solam appellationem extrinsecam; ergo ratio formalis veri, quæ non est extrinseca appellatio, non inuenitur in re, vt cognita: sed vel in rebus extra intellectum, vel in ipso intellectu.

Contra idem adhuc arguitur; nam quòd res vt cognita, conferatur cum re, non pertinet ad rationem formalem veritatis; veritas enim est conformitas rei, & intellectus: dicitur enim intellectus verus, qui rem iudicat, vt est; & vera res, de qua intellectus verè iudicat: res autẽ cognita cum re comparatur secundum esse cognitũ, & naturale; in qua quidẽ cõparatione nulla cernitur ratio veri: sicut si cõparemus intentionem speciei cum homine: sunt enim hæc diuersa, & cõformia, aut difformia: sed nõ quicquid conforme est, est verum; sed illud conforme, quod intercedit inter intellectum, & rem intellectam, verum dicimus: quãuis ergo cõparemus rem cognitã cum re naturali, nulla ibi ostenditur ratio veri.

Deniq; verum vt significatur per iudicium mentis, nõ est in re cognita, sed solum in mente; ergo verũ non est in re, vt cognita. Consequentia perspicua est, quia eadem ratione est res cognita, & significata. Probat antecedens, quoniam in iudicio mentis præcipua est illa cõformatio, quam significat verbum, est, vt lib. 4. dicemus; at verbũ, est, nihil significat in re cognita, sed solã cõpositionem, siue affirmationẽ, quæ est in mēte: ergo hoc verũ, quod ad iudiciũ pertinet, nõ est in re cognita, sed in mente.

Itaq; in re cognita solũ est fundamentũ veritatis; veritas autem cõplexa, quæ in iudicando sita est, in sola mente est, non in re. Res autẽ, vt est fundamentũ veritatis, est causa veri, nõ vt cognita, sed vt causa cognitionis. Quapropter opinio ista Heruæi, & Durãd. nõ est verosimilis.

Sed neq; verum sic explicatũ est passio entis; nam passio entis cõuenit enti, vt ens est, non vt cognitum est: ergo in ipso ente cõsiderandũ est aliquid, quod verum dicamus. Hoc enim quod hi Doctores explicarunt, est verum illud quod

nitionis mēsuræ, neq; vt mēsurabile, cõformis est intellectui.

13. Improbatur 7.

Nõ omne cõforme, sed illud tantũ quod intercedit inter intellectum, & rem intellectã, verum dicimus.

14. Improbatur 8. Veritas iudicij nõ est in re vt cognita per iudicium. Probat.

15. Improbatur 9.

Verũ à Durando, &c. explicatũ, est verum intellectus.

quod in intellectu inuenitur; quod illi aiunt inueniri in obiecto intellectus primò, & principalitèr. Nos verò cum S. Thom. docemus inueniri in conceptu mentis primò, & principalitèr; in re autem, vt cognita est, æquiuocè per solam appellationem extrinsecam.

17.
Ad suasionem Durandi, Respons.

Idè significat vox actiua, & passiuua: cognosco rem; res est cognita à me.

Peruasio autem Durandi parui est ponderis. Nam etsi demus id, quod falsum est, voces non significare conceptum, quod contra Aristot. & veritatem asseritur: concedimus libenter voces significare rem cognitam; quæ res si ita est, vt cognoscitur, iudicium mētis est verum. Sed malè colligitur, quòd veritas sit in re, prout est cognita. Nam quia voce actiua, & passiuua idem significamus, cōmuni loquendi modo; vtrumque verè asserimus, scilicèt iudicium esse verum, cum rem cognoscimus vt est, & cum res cognoscitur vt est. Ecquis enim non videat solā grāmaticā differentiā hęc discerni, siue dicam, cognosco rem, siue res cognoscitur à me? Cū verò obiectū veritatis contemplamur, aduertimus in re cognita solā esse appellationē extrinsecam, vt sic cognita est; & in intellectu esse cognitionem ipsam, siue iudicium, quod verum dicimus: & in eo iudicio asseueramus sitam esse veritatē, rei autem cognitæ attribui sola appellatione extrinseca.

18.
De vero quod est passio entis.

19.
4. Opinio Caiet.

1. eius pars.

2. Pars.

Hęc pars est Durand. Gandau. Vasqu. disp. 77. c. 4. sibi repugnās monstratur.

Cum autem hoc verum quod est in intellectu, non sit passio entis, oportet eam adhuc inuestigare.

Contra Durandum, & Hæruem, qui verum formalitèr cōstituebant in rebus, prout cognitis, Thom. Caiet. 1. p. q. 6. art. 6. opinatur verum esse in solo intellectu formalitèr; at verò in rebus esse verum, vt in causa veritatis: sicut sanitas est formalitèr in animante; & in pomo, aut medicamento, vt in causa. Qua in sententia, verum quod est passio entis, non significat verū formalitèr; sed æquiuocè causam veri: vt sanum æquiuocè significat causam sanitatis. Et in hac parte opinionis concordant Durand. in 1. d. 19. q. 5. num. 14. & Henr. Gandau. in Sūma art. 34. q. 5. quam etiam opinionē quidam alij cum Durando explicantes, aiunt verum, vt est passio entis, significare causam veri iudicij quod est in intellectu: obliuiscuntur autem propriæ sententiæ; qua dixerant verum formalitèr esse rem, vt cognitam; at verò in iudicio

intellectus non esse veritatem, nisi vt in signo: consequens enim erat vt dicerēt, rem vt est causa veri, esse causam sui ipsius vt est cognita. Nam si verū est formalitèr in re cognita, & in iudicio est vt in signo; & vt est passio entis est in ente vt in causa; ea causa non est causa veritatis eius quæ est in signo, sed veritatis eius quæ est in re formalitèr vt cognita; aliàs dicta ista non cohærent: sicut sanū, quod est causa sanitatis, nō est causa sanitatis in animante; primum enim analogatū pertinet ad conceptū ceterorū, vt lib. 5. explicabimus. Sed mirum non est, quòd ea, quæ falsa sunt, sint etiam differentia.

At verò contra Caiet. Durand. & alios negantes, verum, vt est passio entis, formalitèr dici de rebus; sed voce sola, & æquiuocè, vt de causa veritatis, hoc vnū sufficit argumentū: cōmonstrabimus enim in rebus esse conformitatem realem ad intellectum practicum; sed conformitas ad intellectū, est ipsa veritas, non æquiuocè, vt causa, aut signum veritatis, sed formalitèr, & propriè: ergo non est negandum realem cōformitatē esse ipsam passionē entis; quam oportet dicere realē; nam & realē vnitatē, & realem bonitatē dicimus. Illud etiā dissentaneum est, quòd æquiuocè verū, quod est causa veri, & sola voce est verum, dicatur passio entis; æquiuoca enim disciplina omnis excipit, atque expungit.

Ceterorum Doctorū, qui hac in parte sententiæ cum S. Thoma consentiūt, asserentes verum, & in intellectu, & in rebus formalitèr inueniri, & non solum æquiuocè; & in altera quoq; parte, quod verum formalitèr sit passio entis; quidā existimant verum, quod est passio entis, pertinere ad intellectū speculantē: aiunt enim verum, esse ens reale cum intellectu speculante cōparatum. Sed hoc non potest vlla ratione defēdi. Tribus enim modis potest dici res vera cōparata cū intellectu speculante; primò, vt cōsequitur speculantem intellectum; & est sola appellatio extrinseca, qua dicitur res vera, quia cognoscitur cognitione verā, quam ostendimus etiā cōtra Hæruū, & Durand. non esse formalē rationē veri. Secundò, vt antecedit intellectū speculantem, & est causa veri, quæ æquiuocè verum dicitur, & non est passio entis, vt

Exemplum.

20.
Contra hanc opinionem Conclusio. Verū sola voce, & æquiuocè vt causa veritatis, nō est passio entis, sed formalitèr vt est ipsa realis conformitas. Probat.

Confirmatur

21.
5. Opinio aliorum.

Improbatur. Tribus modis dicitur res vera. Primus.

Secundus.

Tertius,

putavit Caiet. Tertio, ut comparatur cum intellectu, ut mensura cum mensurabili, quæ ratio mensuræ non est passio entis; verum enim quod est passio entis, est realis conformitas, quæ est mensurabilis ad mensuram, ut postea docerimus.

22.
6. Opinio
Soar. in Met.
disp. 8. sect. 7
n. 24. & c.

Ab his incommodis ut declinent, eisdem thesi novam opinionem quidam consueverunt, quam opus est ut infirmemus, antequam sententiam S. Thomæ tradamus planissimè elucidatam. Comparat itaque verum cum intellectu speculante. Aiunt tamen verum nihil addere enti, neque absolutum, neque negationem, neque relationem aut realem, aut rationis: & eam conformitatem rei ad intellectum, de qua disputamus, non esse relationem, sed quandam denominationem coortam ex consortio plurium ita se habentium, ut tale unum sit, quale ab alio representatur. Et in ista conformitate rei cum intellectu ponunt aptitudinem, & actum: aptitudinem, quia res quæpiam nata est intelligi, ita ut est, etiam antequam intelligatur: actum verò, quia cum res intelligitur actu, certè ita intelligitur, ut apta est intelligi; & ibi est actualis conformitas.

23.
Improbatur 3.

Hæc tamen opinio primum non est facile intelligibilis: nam cum conceditur rationis formalis discrimen inter ens, & verum; necesse est omnino, ut verum aliquid addat enti, quo distinguatur. Accipiamus ergo, & designemus cogitando ens: si enti nihil addatur, neque absolutum, neque relatum aut reale, aut rationis, neque negatio; profectò ille conceptus est entis, non autem veri; aut idem omnino est ens, & verum, & sunt synonyma, quorum est unus conceptus in mente. Et confirmatur; quia neque ratione possunt hæc inter sese distingui, quod enim non est negatio, neque relatio, nullum ens rationis est: quod si neque ens rationis additur enti, neque ratione distinguitur ens à vero. Quod si dicas nomine veri significari conformitatem rei cum intellectu, quam non significat nomen, ens: Refumo argumentum, si enim illa conformitas non est absolutum, neque relatum, neque negatio addita enti, sanè nihil est nisi ens ipsum; ergo utroque nomine entis, & veri significatur idem, & sunt synonyma. Præterea denominatio ista coorta ex consortio plurium, nonne est

Confirmatur
improbatio.

Responsio

Refellitur.

Improbatur 2.

A relatio rationis? ergo ista saltem relatio additur enti, quæcunq; ea sit. Præterea aptitudo, qua res nata est intelligi, non potest mente percipi sine relatione ad actum, quod est intelligi: at verò aiunt istam aptitudinem esse rationem formalem veri; ergo ista relatio est intima in ipso conceptu veri. Quod autem hæc aptitudo sit relatio rationis comprobatur, quia aptum intelligi idem est, quod intelligibile; intelligibile autem significat relationem rationis. Quod si adhuc dicatur aptum intelligi non esse ipsum intelligibile formaliter, sed esse fundamentum, & quasi radicem intelligibilitatis. Adhuc instamus; vel enim his nominibus indicatur solum ens absque vlla potentia, ut intelligatur, & ibi non explicatur ratio vlla veri: vel indicatur aliquid, quasi radix, & fundamentum, unde accidat intelligi; & illud sic cognitum relationem indicat rei intellectæ, quantumvis obliuiscuntur. Imò ipso nomine, fundamentum, & radix intelligibilitatis, indicatur principium, unde rei accidit intelligi. Non licet ergo considerare verum, sine aliqua relatione ad intellectum.

Improbatur 3.

Aptum intelligi idem est quod intelligibile.

Responsio.

Refellitur.

24.
Improbatur 4.
& ultimo.

Denique extincto per impossibile intellectu diuino, adhuc aiunt res esse aptas intelligi, quia sunt res veræ; sed data alia hypothese, quod intellectus diuinus non sit possibilis, aiunt res non esse veras formaliter, sed fundamentaliter. Itaque in ipso vero fundamento excogitant quod maneret, etsi nullus intellectus esset possibilis; & simul cogitant verum formale, quod exigit intellectus possibilitatem; ergo necesse est, quod illud formale, quod requirit intellectus possibilitatem, per intellectum definiatur: addit ergo verum relationem saltem rationis ad intellectum, sine quo defini non potest. Unde ultimum argumentum deprimimus; cum enim sit in ente vero aliquid, quod maneret fundamentaliter sine possibilitate intellectus, & aliquid formale quod requirit possibilitatem intellectus; illud formale, quod modo esset, & modo non esset, vel esset quid absolutum, vel relatum, vel negatio; quod nulla ratione, aut modo potest negari. Quare omnino confitendum est, quod verum saltem in obliquo indicat relationem, ut antea docuimus. Mitto illam denominationem coortam ex consortio plurium, quæ fateor, non potui percipere

Confirmatur
improbatio.

cipere. Certè denominatio relatio rationis est, si quid est.

25.
7. & vera opi.
S. Thomae.

Postrema sententia est S. Thom. quam amplectimur, quòd verum, vt est passio entis, significat conformitatem rerum omnium cum intellectu diuino. Et quidè res omnes creatæ ea conformitate referuntur ad intellectum practicum: diuina autem essentia conformatur cum intellectu speculante, vt statim declarabimus.

1. eius pars.

2. pars.

26.
Difficultas
præmittenda.

Aduertendū,

Verum idem
est quod re-
ctum.

S. Anselm.

Non regula,
sed id quod ad
regulam con-
formatur, dici-
tur verum.

Sed prius videndum est cum Thom. Caiet. an verum sit præcipuè in intellectu, an in rebus? Illud ergo primum cõsiderandum est, quòd comparando rem intellectam cum intellectu, illud propriè dicitur verum, quòd est alteri mensurabile: verum enim idem est, quòd rectum, vt S. Anselm. definit Dialogo de veritate, cap. 2. itaque non regula, sed id, quòd ad regulam conformatur, dicitur verum: & quia omne mensurabile ad mensuram reuocatur, veniendum est ad primam mensuram cæterorum verorum, quæ est diuina scientia, siue intellectus diuinus, vt declarabimus.

27.
Ex aduertèdo
1. corollariū.

S. Thom.

Intellectus no-
ster habet du-
plicem relatio-
nem mensura-
bilis, & veri.

Hac ergo ratione res omnes creatæ, quia mensuratur diuino intellectu, sunt veræ res; quòd S. Thom. confirmat ar. 1. q. 16. & intellectus noster, quia mensuratur rebus ipsis dicitur verus, vt ibidè docet S. Doctor: vnde intellectus noster habet duas relationes veri, & mensurabilis, alteram ad res cognitæ, quæ est illi propria, alteram ad intellectum diuinum practicum, cuius noster intellectus est effectus; & hæc relatio veri est communis intellectui creato, & rebus cæteris, & est entis creati propria passio: cum omne ens creatum sit effectus diuinæ artis, illi conformis.

28.
2. coroll.

Probatur eui-
dentissimè.

Res cognitæ
sunt mensura
nostri intelle-
ctus, non verò
mensurabiles
ab illo.

Confirmat.

Idem.

Ex his colligitur, quòd res à nobis cognitæ, vt cognitæ sunt à nobis, nõ sunt veræ, nisi denominatione quadam extrinseca; si dicamus res cognitæ veras, quia cognoscuntur cognitione nostra vera. Probatur euidētissimè; nam ratio veri est ratio mensurabilis; sed res cognitæ à nobis non mensuratur intellectu nostro: ergo non possunt dici veræ, nisi solo nomine; sicut res creditæ fide catholica appellatur fides catholica. Quòd autem res cognitæ à nobis non mensurentur intellectu nostro, compertum est; siquidè ipsæ sunt mensura nostri intellectus. Hoc ipsum confirmat S. Thom.

Ar. 1. ad 2. quia si res cognitæ essent veræ, prout à nobis intelliguntur, nobis aliter intelligentibus mutaretur veritas rerum: qui fuit error priscorum Philosophorū, existimantium res omnes non veras esse, sed apparentes, prout sic, vel aliter à nobis intelligerentur. Et idcirco affirmat S. Doctor art. 7. res cognitæ à nobis denominari veras à veritate intellectus, quæ denominatio est extrinseca, vt docuimus. Hæc autem intelligimus de intellectu speculante; nam ad intellectum creatum practicum artefacta referuntur vt mensurabile ad mensuram propria relatione veri, vt S. Thom. ait art. 1.

B

Durandus igitur, & Heruzus, qui aiebant res esse veras, secundum quòd sunt cognitæ; hoc etiam errabant, quòd putarent res mensurari nostro intellectu speculante, aut esse res veras, quæ non essent mensurabiles: siquidè ratio veri est ratio mensurabilis. Thom. verò Caiet. hoc quidè verum in rebus, quòd à cognitione nostra speculante veram nominatur verum, equidè scitè reijceret à propria ratione veri; quia hoc verum solo nomine verum est: sed non deberet negare conformitatem rerum cum diuino intellectu, quæ est relatio mensurabilis, esse propriè veritatè; cum S. Thom. art. 1. veritatem ponat in rebus in ordine ad diuinum intellectum. Sunt etiam res à nobis cognitæ alia ratione veræ in ordine ad nostrum intellectum, quatenus sunt causæ veritatis, hoc est, nostræ cognitionis veræ: quo etiam pacto æquiuocè dicuntur veræ, vt docet S. Thom. art. 6. sed vt conformantur cum intellectu diuino, sunt veræ propriè loquendo, quia ratio veri est ratio mensurabilis.

C

Nihilominus si veritatem, quæ est in intellectu, conferamus cum veritate cõueniente rebus, illa prior præcipua est, vt docet S. Thom. q. eadem, art. 1. quia veritas ab intellectu deriuatur ad res. Itaque principalitèr dicitur intellectus verus, & minus principalitèr dicuntur res ipsæ veræ, quatenus intellectu diuino mensurantur.

D

Probat autem S. Thom. art. 1. quòd veritas rerum cõsideretur in rebus, prout mensurantur intellectu diuino; pendunt enim ab eo, & sunt per illum mensurabiles per se, & ex natura rei: ad intellectum verò creatum speculatem per accidens referuntur; sunt enim res eadem,

Error prisco-
rum Philoso-
phorū ex hoc
pũcto illatus.

Idem.

Explicatio
2. corollarij.

Idem.

29.
Durandi,
& Heruzi
error in eodè
pũcto.

Caietani
lapsus in alio;

S. Thom.

Res æquiuocè
veræ, vt sunt
causæ verita-
tis.

30.
Resolutio dif-
ficultatis præ-
mittendæ.

Idem.

Ratio.

31.
7. opinionis
1. pars ab eodè
probatur.

dem, siue à nobis cognoscantur, siue igno-
 rentur; ergo illa prior ratio veri, quæ
 est per se, præcipuè attendenda est, & illa
 est entis passio. Et confirmatur, quia res
 veræ sunt veræ, vt referuntur ad scienti-
 am diuinam à qua pendent secundum
 esse; ad intellectum verò creatum refe-
 runtur etiam entia rationis, quæ nõ sunt
 vera entia: ergo ratio veri, quæ est enti
 propria, & in ente rationis non inueni-
 tur; non est referenda ad intellectum crea-
 tum, sed ad diuinum à quo res pendent.
 Aliqui respondent huic argumento, ve-
 rum quidẽm significare relationem cuius-
 que rei, etiam ad nostrum intellectum
 speculantẽ; sed in obliquo indicare ens,
 quia est relatio rei, hoc est, non figmen-
 torum, sed entium, siue rerum; & ita ve-
 rum non posse attribui entibus rationis,
 quia indicat in obliquo ens reale. Quod
 responsum valdè futile est; nomen enim
 connotatiuum, non significat peculiare
 subiectum, sed significat formam quasi
 in subiecto, quodcunque illud sit. Quare
 si verum significat relationem rationis,
 quæ possit conuenire entibus rationis,
 nihil prohibet entia rationis designari
 nomine veri. Dicendum ergo est verum,
 quod est passio entis, significare conformi-
 tatem rerum cum diuino intellectu
 quæ relatio etiam; vbi est rationis rela-
 tio, non potest tamen conuenire entibus
 rationis, quia illa non pendent ab intel-
 lectu diuino, neque mensurantur illo.

Sed obijcies cõtra hoc, videtur enim
 quod res antequàm creentur, fiat veræ
 veritate transcendente, scilicet veræ ef-
 sentia adhuc non existentes, quæ ante-
 quam existant, non possunt mensurari
 intellectu diuino practico, cum adhuc
 non pendeant ab illo. Quod si mensurã-
 tur intellectu diuino speculãte, hoc etiã
 videtur commune entibus rationis, quæ
 suo modo vera sunt: ergo etiam hac ra-
 tione verum, vt est passio entis, potest
 conuenire entibus rationis.

Quidam existimant veras rerũ essen-
 tias non mēsurari intellectu diuino spe-
 culante, sed potiùs intellectum diuinum
 quasi mensurari illis cognitis: non enim
 eas esse veras, quia cognoscuntur, sed in-
 tellectum diuinum esse verũ, quia cog-
 noscit eas vt sunt. Oportet autẽ aduer-
 tere, quod docuimus lib. 1. essentias re-
 rum extra causas esse vera entia: sed an-
 tequàm extra causas producantur, esse

omnino nihil; esse tamẽ in potentia cau-
 sã, quia possunt produci: hoc autem ip-
 sum, quod est res esse in potentia causã,
 non esse aliquid, nisi ipsam potentiam
 causã, in qua res sunt, & in qua cognos-
 cuntur vt possibiles. Et idem dicendum
 est de vero, quod conuertitur cum ente:
 nam verum extra causam, est iam con-
 forme intellectui diuino practico: at ve-
 rò antequàm à causis prodeat, est verum
 in potentia; & esse verum in potentia ni-
 hil est distinctum à potentia; sed est ipsa
 veritas potentia à qua potest emanare
 verum. Vndè colligitur, quod verum in
 potentia, vt sunt essentia rerum veræ,
 antequàm producantur, vel est ipsa ve-
 ritas diuinæ essentia, siue diuinæ poten-
 tia; vel est sola denominatio extrinseca,
 qua res, quæ sunt in potentia veræ, in-
 telliguntur vera cognitione, & à cog-
 nitione vera denominantur veræ solo no-
 mine, sicut denominantur scitæ: quod S.
 Thom. docet art. 7. aliàs aliqua veritas
 esset æterna extra Deum. Et ibidẽm do-
 cet hoc enunciabile, hominem esse ani-
 mal, esse verum, ideò duntaxat, quia in-
 telligitur, non verò, quod veritas sit in
 illo, quod nihil est: & ita est verum sola
 denominatione. Quare hoc verum non
 est passio entis, vt antea docuimus. Ex
 qua responsione colligimus consecrariũ,
 quod verum, vt est passio entis, non cõ-
 paratur cum intellectu speculante, aut
 creato, aut etiam increato; sed cum in-
 tellectu increato practico: neque vllò
 modo conuenit entibus rationis.

Colligimus etiam quod intellectus di-
 uinus nullo modo conformatur rebus
 cognitis: quod tom. 2. vberius disputa-
 bimus. Nam entia realia, siue in actu, si-
 ue in potentia, mensurantur intellectu
 diuino practico, vt liquet ex dictis. En-
 tia autem rationis intellectui speculanti
 conformantur, siue creato, siue increato:
 est autem intellectus creatus conformis
 etiam diuinæ arti. Cum ergo omne ve-
 rum, tam speculabile quàm practicum
 reuocetur ad intellectum diuinum, vt
 mensurabile ad mensuram, non scitẽ di-
 citur intellectus diuinus, etiam specula-
 tiuus conformari, aut quasi mensurari
 rebus cognitis extra Deum.

Quod si arguas, ens esse commune ad
 ens in actu, & ens in potentia; & ita ve-
 rum esse quoque commune ad verum in
 actu, & in potentia. Id libentissimè con-
 cedimus

Ens in poten-
 tia nihil est ex-
 tra potentiam

Verum in po-
 tentia vel est
 ipsa veritas po-
 tentia à qua
 potest emana-
 re verũ. vel est
 denominatio
 extrinseca à
 vera cognitio-
 ne.

S. Thom.
 probatur.

Veritas non
 est intrinsecè
 in illo quod
 nihil est.
 1. consecrariũ
 responsionis,
 contra Suar.

34.
 2. consecr. con-
 tra eundem.

Ostenditur:
 Entia realia
 siue in actu, si-
 ue in potẽtia,
 mensurantur
 intellectu di-
 uino practico.

35.
 Obiectio con-
 tra responsio-
 nem.
 Soluitur.

Confirm.

Responsum
 quorundam.

Valdè futile
 ostenditur.
 Nomen con-
 notatiuũ non
 significat pe-
 culiare subie-
 ctum.

32.
 Obiect.

33.
 Responso
 Soar. in me-
 tap. disp. 8.
 sect. 7.

Vera responf.

Verum est cōmune ad verū in actu, & verum in potentia, cum proportione ad ens.

36. Cōclusio iuxta opinionem S. Thom.

Obiectio pro Caiet.

Responsio.

Intellectus creatus, & res creatae sunt proprie mensurabiles secundū esse intelligibile, sed intellectus principaliter.

37. Vltimum dubium de veritate increata.

Ratio dubitandi.

Prima mensura non est mensurabilis.

38. Responsio quaedam.

Revertitur. Mensurabile, non verō mensura, est verū propriè.

Probatur.

cedimus diuisione eadem; quia sicut ens in potentia nihil est extra potētiam, ita & verum in potentia nihil est extra potētiam veram: hoc enim est consentaneum passionibus entis, vt simul cum ente diuidantur.

Euincimus igitur in rebus creatis verum, quod est passio entis, esse mensurabile intellectu diuino practico: verum autem in intellectu creato, esse mensurabile rebus cognitis. Quod si verū propriè est vera cognitio, videtur quod res cognita, quæ non est cognitio, æquiuocè dicatur vera; quæ est opinio Tho. Caiet. Respondetur tamen non æquiuocè, sed analogicè dici; nam verum in communi ratione non est vera cognitio, vt arguendo proponitur; sed est mensurabile secundum esse intelligibile: secundū quod, vel intellectus creatus mēsuratur rebus cognitis, vel res creatae mēsurantur intellectu practico: & vtrūque dicitur propriè mensurabile; cognitio autem principaliter. Sed verum, quo cognitio est vera, est in sola cognitione, & nō est passio entis finiti: verum autem, quod est conforme intellectui diuino practico, est passio entis finiti, vt declarauimus.

Occurrit tamen vltimum dubium circa verum, de veritate increata, de qua aliàs disputabimus. Nunc breuiter perstringendum id, quod ad rem est; hoc, inquam, facit difficultatem: Si verum propriè est mensurabile secundum esse intelligibile; id quoque verum est in Deo: & quoniam omne mensurabile reuocatur ad mensuram, veniendum est ad mēsuram, quæ non sit mensurabilis; primū autem ens est prima mensura, quæ non est mensurabilis; ergo verum diuinum non est mensurabile; & ita æquiuocè dicitur verum; & non continebitur verum diuinum cōmuni notione veri; sicut ens diuinum continetur notione entis: quare verum non erit passio entis communis enti finiti, & infinito.

Ad hoc posset responderi, nomine veri non solum intelligi mensurabile, sed etiam mensuram. Veruntamen præterquam quod responsione ista perturbantur omnia, quæ diximus, & variantur; falsum esse videtur assertū ipsum, quod mensura contineatur nomine veri: nam mensurabile, & mensura sunt relationes oppositæ; sed verum haud dubiè significat relationem mensurabilis, vt sæpè se-

A pius exemplis ostendimus; & ea est nominis vsitata significatio: ergo non significat relationem mensuræ, nisi fortè æquiuocè: quo pacto non est ratio communis veri ad mensuram, & mensurabile; sed solum nomen fortassis commune est, si alicubi inueniatur verum de mensura dictum.

Dicendū igitur est verum in Deo esse conformitatem diuinæ essentiae cum intellectu diuino, vt omnes consentiunt; sed eam conformitatē existimamus non esse mensuræ, & mensurabilis, etiam nostro modo intelligendi; sed esse conformitatem identitatis, quæ præcipua est. Ita enim vera est essentia diuina, quod est ipse intellectus; & ita est verus intellectus, quod est ipsa essentia cognita. Id autem, quod est verum per identitatem, est per se verum; imò est ipsa veritas. Et id quod est verum mensurabile, est per se verum, vt docuimus, per se, inquam, hoc est, non per accidens: quare ab vtroque per se verò abstrahitur ratio veri, quæ est communis enti finiti, & infinito; analogia tamen est, quia primum verum est per idētitatem, ita vt sit ipsa veritas; verum autem finitum est per conformitatem ad illud primum, vt ad mensuram. Et hic modus opinandi à S. Thom. acceptus est, q. 16. art. 5. ad 2. & q. 1. de verit. art. 7. negat in genere in Deo esse rationem mensuræ, & mensurabilis.

Sunt qui existimant nostro modo intelligendi etiam in Deo verū habere rationem mensurabilis; sicut æternitas dicitur mensura durationis diuinæ. Sed æternitas est quædam negatio, quæ sola ratione potest cogitari, vt mensura; sicut etiā loco nunc cōmemorato S. Thomas concedit diuinum intellectum esse conformem rei cognitæ, hoc est, non difformem, aut dissimilem; sed quod accipiamus mēte duas res diuinas, & quod nostro modo intelligendi vna sit mensura alterius; meritò reuincimus; ergo neque essentia diuina est mensura sui intellectus, neque intellectus essentiae mensura est.

Præterea si verum diuinum sitū est in ratione mensurabilis; ipsa essentia diuina, vt antecedit intellectum nostro modo intelligendi, est mensura, & non mensurabilis: ergo essentia diuina, vt essentia est, non est vera formalitèr; siquidē m vt essentia, nō est mensurabilis, sed mēsurā.

39. Vera resp est 7. opinionis 2 pars.

Explicatur. Verū in Deo est conformitas, non mensuræ, aut mensurabilis, etiā nostro intelligēdi modo; sed identitatis

Ab vtroque vero per se, scilicet identitatis, & mēsurabilitatis, abstrahitur ratio veri analogia cōmunis enti infinito, & finito.

S. Thom.

40. Obiectio quorundam contra explicationem.

Responsio.

S. Thom. cōcedit diuinum intellectū esse conformē rei cognitæ, id est, nō difformē.

4. Ratio pro explicatione.

fura. Consultum ergo est, ut negemus in Deo verum habere rationem mensurabilis, aut mensuræ; sed per identitatem illud explicemus.

42. Noua opinatio in hac re. Verū in Deo potest cogitari, ut relatio disquiparatiōis, ostenditur.

Subit tamen animum alia ratio opinandi, noua quidem, sed illi priori coniuncta; ut dicamus, in illa identitate essentia diuinæ cū intellectu percipi posse quandam relationem disquiparatiōis. Nam nostro modo intelligendi essentia, ut natura est, antecedit esse intelligibile, quasi esse intelligibile petatur à natura ordine quodam rationis; illa ergo identitas essentia cum intellectu est in ipsa essentia, ut in priori quodam, & quasi principio, quod satis est ad relationem disquiparatiōis. Quamuis ergo dicamus eodem nomine essentiam diuinam verā per identitatem cum intellectu, & intellectum diuinum verum per identitatem cum essentia; tamen hoc nomen, verum, inopia nominum, significat relationes diuersæ appellationis; in essentia significat veritatem, quasi in principio assimilandi; & in intellectu, quasi in re assimilata.

43. Obiectio.

Responsio. Essentia prius intelligitur et ens, quā ut verum.

Quod si obijcias consequi, ut essentia ante diuinum intellectum nō intelligatur ut vera; concedimus de essentia, ut distinguitur ratione à vero; prius enim intelligitur, ut ens quā ut verum; sed ipsamet essentia, est se ipsa formaliter intellectus, & ita est se ipsa verum, & veritas.

44. S. Thom. 16. ca. conciliata cōtra Vasq. disp. 78.

Ex istis colligimus breuem commentarium dīctorum S. Thom. quæ non posse conciliari quidam existimant. Nam cum q. 16. art. 1. dixisset verum in rebus inueniri formaliter, tamen art. 6. affirmat veritates, quæ sunt in intellectu, multiplicari, ut tot sint veritates, quot sunt hominum, aut angelorum vera iudicia; licet hæc omnes veritates deriuentur ab vna veritate prima increata. Illud autem verum, quod est in rebus, videtur insinuare S. Thom. non multiplicari, sed omnes res dici veras vna veritate diuini intellectus. Sola ergo extrinseca appellatione res dicuntur veræ, & non formaliter. Dixerat autem verbum inueniri formaliter in rebus: & ita videtur S. Doctor à se ipso dissentire.

45.

Considerandum hīc est quā penitus inspiciat S. Thom. rerum difficultum inuolucra. Nam verum, ut inuenitur in intellectu, est analogum proportionis ad

A veritatem increatam, & creatam; est enim omnis intellectus verus, ut conformatur cum re: & est tamen aliqua attributio in ista analogia, qua creata deriuantur ab increata causa, ut & in cæteris attributis; non tamen definitur veritas creata per increatam; quod libr. 5. explicabimus. Sed verum, ut dicitur de rebus creatis, est analogum attributionis ad vnum, quod per vnum definitur, scilicet per intellectum diuinum. Est enim omnis res creata vera, quatenus est conformis intellectui pratico increato; sicut ens, ut prædicatur de accidentibus, est analogum per attributionem ad substantiam, per quam accidentia definiuntur: neque est consequens, quod verum non sit formaliter in rebus, aut nō multiplicetur in rebus, sicut aduertere licet in accidentibus, quibus formaliter ens conuenit, & in quibus ens multiplicatur, cum eadem analogia attributionis ad substantiam. Neque S. Thom. in illo art. his aliquid cōtrarium pronunciauit; sed in vero, quod est passio entis finiti, & est formaliter in rebus, innuit attributionē ad vnum, per quod cætera definiuntur. Intelligendum est enim, quod omnes res nominantur veræ per veritatem increatam, tanquam per causam, quæ in verorum definitione exprimitur; sicut accidentia nominantur entia per substantiā, per quam definiuntur. De his autem disputabimus etiam tom. 2.

C

Quod si verum abstrahamus ab omni ente creato, & increato, erit etiam analogum proportionis, & passio entis; quia verum ens creatum nō definitur per verum ens increatum; sed per intellectum diuinum definitur, ut mensurabile per mensuram. De qua tamen mensura verum dicitur principaliter; quia est veritas prima, ut declaratum est.

D

Hac igitur in questione multis erratur vijs propter nominis æquiuocationem: verum enim dicitur ut causa cognitionis veræ; quo sensu dixit S. Thom. de potent. q. 21. art. 1. cognitionem esse effectum veri: verum autē, ut causa, non est propriè verum, sed æquiuocè, ut potum sanum. Et 1. p. q. 16. art. 1. ad 3. ait non verum, sed ens esse causam cognitionis veræ; quia ens, ut comparatur cū cognitione speculante, non dicitur verū propriè; sed æquiuocè, ut est causa veritatis. Est etiam verum aliter dictum sola appella-

Verum analogum attributionis.

Omne verum creatū per vnum id est, per intellectum diuinum definitur, sicut omne accidēs per substantiam.

46. Verum commune ad creatum, & increatum est analogum proportionis, & passio entis.

47. Nominis, veri, traditæceptiones recoluntur. Prima pro causa cognitionis veræ. S. Thom.

2. pro vero extrinsecè per de

nominationē
à cognitione.
3. pro vero ex
trinsecè, vt in
signo.

4. pro vero
formali.

5. pro passio-
ne entis.

48.
De prima ac-
ceptione,
Aucen.

S. Anselm.

De quarta,
S. August.

Nyssen.

S. Hilarius.

Arist.

De quinta,
Aucen.

S. Anselm.

S. Thom.

S. Anselm.

appellatione, quia vera cognitione ap-
prehenditur, de quo satis disputauimus.
Est etiam verum diuersa alia denomina-
tione extrinseca in propositione sensibili,
vt in signo veritatis, quæ æquiocè ve-
ra dicitur, quia declarat verum intelle-
ctum. Et in ipso intellectu est veritas
propriè, & præcipuè, quia est ratio men-
surabilis; sed ea non est passio entis. Est
ergo passio entis illud verum, quod est
intellectui diuino cõforme, siue per idé-
tatem, quod est essentia diuina; siue vt
mensurabile, quod est ens finitum.

Confirmatio.

DE vero, quod est causa veritatis,
dicit Aucen. 11. Metaphys. *Veritas est proprietas rei vniuscuiusque, quod stabilitum est ei, in quantum talis res nata est de se facere veram existimationem.* Et S. Anselm. dialog. de Verit. c. 9. veritatem definit esse *rectitudinem sola mente perceptibilem*, quæ scilicet nata est percipi mente. De veritate, quæ est in intellectu S. August. lib. de vera religione c. 36. loquitur cum ait, veritatē esse, qua ostenditur id, quod est. Et S. Greg. Nyssen. lib. de vita Moyfis clariùs ait, *Veritas est eius, quod verè est, firma intellectio.* Et S. Hilarius. verum nuncupat manifestatiuum, & declaratiuum. Et Plato in symposio, veritatem, hoc est, verā cognitionē vocat cibum animi. Et Arist. lib. 4. Metaph. c. 7. *Verum (inquit) est dicere id, quod est, esse; & id quod non est, nõ esse.* De vero quod est in rebus, & passio entis affirmat Aucen. 11. Metaph. quod est *proprietas esse vniuscuiusque rei, quod stabilitum est ei:* Itaque ipsum esse cuique rei stabilitum diuina lege, est veritas rei; & clariùs subiicit, *In quantum talis res nata est de se facere veram existimationem; & in quantum propriam sui rationem, quæ est in mente diuina, imitatur.* Facere de se veram existimationem pertinet ad verum, vt causa est veri; sed imitari ideam in mente diuina est propria ratio veri, vt est mēsurabile. Ad hoc etiam pertinet quod ait S. Anselm. veritatem esse *rectitudinem*; nam rectum est mensurabile, vt obseruat S. Thom. q. 16. ar. 1. Et eodē dialogo de Verit. c. 14. ait S. Anselm. primam veritatem esse mensuram verarum omnium rerum, vt & res vni tempori sunt duratione sub-

iectæ. Et S. August. loco commemorato, *Veritas (inquit) est summa similitudo principij, quæ sine vlla dissimilitudine est.* Quia scilicet res eatenus veræ sunt, quatenus referunt ideam in mente diuina, à qua sunt deductæ.

Constat igitur Patrum sententijs res esse veras, prout cum intellectu diuino conformantur; & non sunt veræ propter cõformitatem cum intellectu nostro; ergo veritas, quæ est passio entis, ea est, qua res omnes ad intellectum diuinum referuntur. Consequentia perspicua est; probatur minor propositio; nam quod res non sint veræ, eò quod à nobis cognoscuntur docet Aristot. 4. Metaph. tex. 19. vsque ad 25. vbi disputat cum Philosophis, qui rerum veritatem in hominum opinione constituebant. Et hoc ipsum docet S. August. 2. lib. soliloquiorum, cap. 5. *Verum est (inquit) id, quod est, & non id, quod videtur, aut quod tale est, quale videtur.* Quia etiam si res non videatur, neque conformitatem habeat cum aliqua cognitione, nihilominus vera est. Non ergo ratio veri sita est in cõformitate cum intellectu nostro. Itaque secundum verba S. Augustini non solum res non est vera, quia intelligitur à nobis, sed neque est vera, quia talis, vt est, intelligitur; ergo ipsa aptitudo, qua nata est intelligi à nobis, non est ratio veritatis: quia omnis ea aptitudo, qua res nata est intelligi, habet rationem mensuræ cum intellectu nostro, & non pendet ab illo, vt S. August. significauit, & nos docuimus. Hanc eandē ob causam S. Thom. 1. p. q. 16. art. 1. cõceptis verbis affirmat res non esse veras veritate transcendēti, vt comparatur cum intellectu nostro, quod est per accidens, sed vt comparantur cum intellectu diuino. Et idem sentit lib. 1. Periherm. & in 1. d. 19. q. 5. ar. 1. & de Verit. q. 1. ar. 1. At verò q. 2. r. loquitur de vero, vt est causa cognitionis. Et quicquid eo loco doceat, 1. p. haud dubiam sententiam pronunciauit.

CAPVT VI.

Argumenta refelluntur.

CONTRA partem capituli secundam, probatur primò verū non esse passionem entis. Ait enim Arist. lib. 2. Metaph. cap. 1. quædam entia non semper esse

S. August.

49.

Res non sunt veræ, propter conformitatē cum intellectu nostro.

Arist.

S. August.

S. Thom.

Idem.

1. argum. ex Arist.

Ratio.

esse vera. Et probatur ratione, quia verum, & falsum sunt contraria, quæ circa idem sunt; ergo oportet designare quædam vera entia, quædam falsa. Et confirmatur verbis Philosophi 6. Metaph. ad finem asserentis verum, & falsum non esse in rebus, sed in mente; res ergo non sunt dicendæ veræ.

Confirm. ex Arist.

2. argum.

Secundò: Illa relatio conformitatis, siue mensurabilis addita enti, constituit rationem formalem veri, ut aimus; ergo non aduenit vero; quod enim constituit, non aduenit constituto, sed affert secum hoc, ut tale quid constituat; ergo ens ante istam relationem non est verum ens, quod est impossibile. Et explicatur res ista exemplo, nam imago prius naturâ est apprimè deducta ab exèplari, quàm sequatur relatio imaginis ad exemplar; ergo ipsum ens prius naturâ emanat à diuinis ideis, in quo sita est ratio veri, quàm cogitando sequatur relatio ista ad ideas, siue ad intellectum diuinum. Et confirmatur, quia obiectum antecedit potentiam; ergo in illa antecedentiâ est aptum iam, ut potètia feratur in ipsum.

Explicatur exemplo.

Confirm.

3. argum.

Tertiò probatur, quòd verum non addat enti solam relationem mente conceptam: necesse est enim eam adiectionem consequi intellectus apprehensionem; prius autem ens est intelligibile, quàm actu intellectum; ergo ipsum intelligibile antecedit verum, & erit inter passionem entis numerandû, quod Arist. non recensuit in numero earum. Et confirmatur, quia tunc res veræ dicentur pendere ab actu intellectus, quòd est absurdum; ergo verum non addit enti solâ relationem mente cõceptam. Imò Deus (qui est prima veritas) ut sit verus Deus, penderet ab operatione intellectus.

Confirm.

4. argum.

Arist.

Quartò probatur, quòd verum, quod est in rebus, non reguletur intellectu diuino: vera enim quædã sunt alijs veriora, ut ostenditur libr. 2. Metaph. cap. 1. sed omnes res sunt æquè conformes diuino intellectui; ergo hæc conformitas non est veritas rerum.

5. argum.

Solutio.

Occurritur.

Quintò: Res veræ sunt distinctæ secundum varias naturas, quibus sunt mensurabiles per mensuras distinctas; sed in diuino intellectu, nulla est distinctio; ergo non mensurantur illo. Quòd si dicas mensurari per ideas distinctas. Contra occurritur, nam idæ sunt distinctæ sola ratione, quæ distinctio non antecedit ve-

rum; quod est passio entis, & in rebus ipsis extat; ergo veritas rerum non mensuratur intellectu diuino.

6. argum.

Sextò arguitur: Creaturæ, quæ nunquam futuræ sunt, non cognoscuntur intellectu diuino practico, sed speculante per scientiam simplicis intelligentiæ; & tamen cognoscuntur veræ; ergo veritas rerum non mensuratur intellectu diuino practico. Et confirmatur, consequens enim est, ut verum, quod est passio entis, referatur ad utrumque intellectum, speculantem, & practicum. Et iterum confirmatur, quia essentiæ rerum, cum sint inuariabiles, non mensurantur diuino intellectu: non enim veræ sunt, quia Deus intelligit esse veras; sed Deus intelligit esse veras essentias, quia veræ sunt; ergo veritas in essentijs rerum non indicat relationem mensurabilis.

Confirm.

Secundò.

Septimò sequitur, quòd si non esset possibilis intellectus, res cæteræ non essent veræ, siquidem verum ab intellectu deriuatur.

7. argum.

Octauò probatur quòd verum, ut est passio entis, non sit formalitèr in rebus. Nam si in rebus est formalitèr, tanquàm in primo analogato, in intellectu erit non formalitèr, sed æquiuocè, ut in signo, quod tamen principalitèr est in intellectu, ut S. Thom. docet. Quòd si in intellectu est formalitèr ut in analogato primo, conuerso argumento, erit verum in rebus non formalitèr, sed ut in causa, & æquiuocè.

8. argum.

Vltimò: Si verum est in rebus, verum est quid simplex in singulis rebus, quæ simplici conceptu apprehenduntur; verum autem pertinet ad compositionem mentis, & iudicium, ut Arist. docet lib. 1. Periherm. cap. 1. & alijs in locis. Et confirmatur idem, quia verum, & falsum sũt contraria, falsum autem in rebus non inuenitur, sed in solo intellectu; ergo neque verum est in rebus. Quòd autè nulla res sit falsa, constat inductione singulorum, & ratione etiam; quia ea res non esset ens, omne enim ens verum est.

Vltimò.

Arist. Confirm.

Aduertenda.

AD argumenta refellenda circa rationem formalem veri, præter ea, quæ docuimus cap. præcedenti, illud primum animo recolendum est, quod lib. 2. tradidimus, obiectum non necessariò antecedit po-

10. 1. aduert.

Obiectum non antecedit po-

rentiam, nisi
vbi est moués
efficienter.

In obiecto ap-
titudó ad ter-
minandú nul-
la antecedit,
saltem realis,
sed res ipsa nu-
da.

Deprehéditur
causa erroris
quorúdam in
hac re.

Ens dicitur p-
se intelligibi-
le, id est, nul-
lo addito est
obiectum in-
tellectus.
Est intelligibi-
le formalitèr
non per se, sed
per rationem.

11.
2. aduert.
Cóntra quosdã,
Intelligibile
non est passio
entis.
Probatur 1.
Significat for-
malitèr rela-
tionem ratio-
nis.

Probatur 2.

antecedere potentiam, nisi illam mo-
ueat motu physico per emissas species:
siquidè obiectum non est causa poten-
tiæ realis, nisi sit efficiens per emissas
species; aut etiam causa finalis, quæ ta-
men non existit priùs: vbi ergo obie-
ctum non est causa efficiens, non an-
tecedit prioritate naturæ. Quare nulla
est realis aptitudo in eo obiecto, quasi
antecedens, vt possit terminare actum
potentiæ; sicut enim terminare actum
non est aliquid reale, ita neque aptitudo
ad terminandum. Quam ob causam in
illa antecedentia rationis, qua obiectum
potentiam præit, non est necesse intel-
ligere in ipso obiecto, nisi rem ipsam nu-
dam, quæ est obiectum: quo pacto ens
dicimus esse obiectum intellectus, nihilo
addito. Ex qua notatione alia causa
erroris quorundam deprehenditur: nam
quia ens, nullo addito, est obiectum in-
tellectus, sed per suam propriam ratio-
nem entis, videlicet, quia intellectus
specificatur ab ente, vt ens est, colligunt
per incogitantiam; in ente aptitudinem
esse aliquam, vt intelligatur; quia, inqui-
unt, per se ipsum est intelligibile; & id-
circo in eo, quod est per se intelligibile,
aptitudo quædam inest, vt intelligatur.
Quæ consequentia bona non est. Dici-
tur enim ens per se intelligibile, quia
ipsum ens nullo addito, sed per se ip-
sum, est id, quod intelligimus: nam aliàs
intelligibile formalitèr, vt significat re-
lationem, non conuenit per se enti; sed
per intellectum, cum sit rationis re-
latio; sicut & aptitudo illa, quæ idem
est, quod intelligibilitas ratio rationis
est.

Deindè aduertendum est, quòd hoc
nomen, intelligibile, significat formalitèr
relationem rationis; actus enim, &
potentia sunt eiusdem generis: quare si-
cut intelligi significat relationem ratio-
nis; ita & intelligibile non realem, sed
rationis relationem formalitèr signifi-
cat, vt fert communis sententia. Quam
ob causam immeritò à quibusdam re-
cèsetur intelligibile inter passiones en-
tis; quia nomina passionum entis, vt
verum, bonum, significant formalitèr
ipsum ens addita relatione in obliquo,
vt docuimus. Prætereà, nomen hoc, in-
telligibile, conuenit etiam entibus ra-
tionis, quæ intelligibilia sunt: imò ip-
sum falsum est intelligibile, quod scili-

A cèt sit falsum, & non verum. Quòd etsi
dicas entia rationis intelligi per acci-
dens, scilicet per ens reale; & ita ens
reale esse intelligibile per se: certè hoc
euincimus, quòd intelligibile, loquendo
propriè, inuenitur extra ens; quare non
est passio entis adæquata, vt illi etiam
concedunt; sed tertio modo proprii,
quod conuenit omni, sed non soli. Pas-
siones autem entis omnes Philosophi,
& Dialectici cum ente exæquant. De-
nique cum verum significet relationem
ad intellectum, & illam quidè prior-
rem, quàm sit ratio intelligibilis; fru-
strà additur intelligibile ad passiones
entis, in ordine ad ipsum intellectum.

B Quòd autem ratio veri sit prior,
quàm ratio intelligibilis, solertiùs
perspiciendum est. Sed facile hoc quo-
que erit, si ens cum intellectu compa-
remus: Nam ex ea comparatione illi-
cò oritur ratio conformitatis, quæ est
cum comparatione coniuncta: deindè
aduertimus rem sic conformem, ita vt
est, esse intelligibilem; cum enim hæ re-
lationes oriantur ex modo intelligen-
di nostro, vt libro primo commonstra-
uimus, earum inter se ordo ab eodem
principio petendus est, scilicet ab intel-
lectu, vnde oriuntur. Neque vlla est con-
sequentia, vt quoniam verum cum re-
latione addita non est, nisi mente con-
cipiatur; quòd ratio conceptibilis, si-
uè intelligibilis, sit prior, quàm ratio
veri. Nam conceptione ipsius intelle-
ctus, non statim intelligitur ipsum in-
telligibile, sed priùs verum, & deindè
intelligibile. Quod si arguas ipsum ve-
rum nihil esse enti additum, nisi sit in-
telligibile, siquidè adiectio illa solum
in intellectu est. Respondemus verum
id esse, loquendo de potentia physica;
quia si ens non posset intelligi, non es-
set verum, vt statim dicemus: sed in in-
tellectu speculante, de quo loquimur,
prior occurrit ratio veri, quàm ratio
intelligibilis.

C Ex his etiã colliges, verum vt est pas-
sio entis, non referri ad intellectu creatu
speculantem. Quidã enim arbitratur
ad diuinu præcipuè, deindè ad creatum
etiam intellectum speculantem referri
verum. Sed hoc est falsum, si propriè lo-
quendum sit; tum quia verum significat
mèsurabile, vt docuimus capite præce-
denti; qua significatione verum in or-
dine

Obiect.

Soluitur.

Intelligibile
conuenit en-
tibus rationis
propriè, licet
per accidens,
id est, per ens
reale.

Probatur 3. ex
sequenti nota
tiuncula.

12.
3. aduert.

Relatio veri
prior est, quàm
ratio intelli-
bilis.

Ostenditur.

1. obiectio.
Elevatur.

Intelligitur
etiam priùs ve-
rum, deindè
ipsum intelli-
gibile.
Secunda sol-
uitur.

13.
1. confectariu.

1. ratio.
Verum signi-
ficat mensura-
bile.

dine ad nostrum intellectum, aut significat causam veritatis; aut solam denominationem extrinsecam, qua res dicuntur veræ, quia intelliguntur vera intellectu: quæ est anceps, siue æquiuoca significatio; ut pomum sanum æquiuocè dicitur: tum etiam quia etsi verum significaret relationem intelligibilis, quod falsum esse ostendimus, neque ipsum intelligibile est passio entis. Verum ergo, quod est passio entis, est conforme intellectui diuino pratico.

2. ratio.
Etiam si significaret intelligibile, hoc nõ est passio entis.

14.
Difficultas grauis,
Ratio dubitandi.

Respons.

Impugnatur.

15.
1. conclusio.

Probatur.
Essentiæ dum non existunt, non sunt vere simpliciter, sed sunt veræ in potentia.

1. obiectio.

Soluitur.
Intellectus speculans mensuratur rebus cognitis, cum ab iisdem specificatur.

2. obiect.

Hinc erumpit ingentis ponderis difficultas; quo scilicet nomine referantur res cognitæ ad intellectum diuinum speculante? Nam in intellectu speculante res cognita non est mensurabilis, sed mensura; at verò intellectus diuinus extra se non habet mensuram; hoc enim planissimè derogat diuinæ excellentiæ. Quòd si dicas res cognitæ ibi occurrere, ut mensurabiles. Contra hoc facit, quòd res creatæ mensurantur ideis; ideæ autem sunt obiectum diuinæ intellectiõis terminans, siue obiectum cognitum. Quare consequens est ante operationem diuini intellectus, essentias rerum non esse veras.

Primò dicendum est, essentias finitas esse veras formalitèr, ut comparantur cum solo intellectu pratico diuino: nam dum non existunt, non sunt veræ simpliciter, sed sunt veræ in potentia, hoc est, possibles; eodem enim modo sunt entia, & vera. Atquæ comparata cum intellectu speculante, etiam diuino, non sunt veræ formalitèr, sed denominatione extrinseca; quia intelliguntur vera intellectu; sicut & à nobis cognitæ veræ appellantur, ut capite præcedenti explanauimus. Quòd si obijcias intellectum speculante mensurari rebus cognitis: hoc quoque concedimus, cum ab iisdem specificatur: nam hæc commensuratio est secundum gradum perfectionis; & pensatur ex accessu ad obiectum, vnde species sumitur. Res autem finitæ non sunt obiectum diuini intellectus, quasi specificans; sed sunt contentæ in obiecto, scilicet in diuina essentia, ut in causa, quod tomo secundo elucidabimus, quare non sunt mensura intellectus diuini speculatiui. Dum verò aiunt intellectum diuinum esse verum, quia in-

telligit res, ut sunt in se ipsis; distinguendum est, vel enim intelligitur, quòd modus ipse rerum cognoscatur à Deo, & hoc concedimus; sed non sequitur res cognitæ esse mensuram: vel intelligitur, quòd modus cognoscendi coæquetur rebus cognitis, & hoc negamus; quare non consequitur, ut intellectus mensuretur illis. Quam ob causam res finitæ non sunt veræ, ut causa cognitionis diuinæ, sicut cognitionis nostræ; sed solùm appellatione extrinseca, quia cognoscuntur per veram cognitionem diuinam: qua denominatione ideò sunt veræ, hoc est, appellatur veræ, quia cognoscuntur, quòd alij dicunt esse veras inesse cognito. De ideis verò tomo 2. disputabimus, nam eæ quoque pertinent ad esse cognitum, hoc est, ad obiectum diuini intellectus. Quòd si loquamur de vero, quòd est passio entis, res, quæ sunt in potentia, sunt conformabiles cum intellectu diuino pratico, & hac ratione sunt veræ in potentia: quare intellectus diuinus speculatiuus in contemplatione rerum in potentia, potius secum ipsemet conformatur, quàm cum rebus, quæ in ipso intellectu sunt, tanquàm in causa reali. Neque enim res antequàm existant, sunt villo modo extra intellectum diuinum, aut speculante, aut practicum, quòd libr. 4. explicandum erit. Nam & in hoc barathrum viri docti imprudentes incidunt.

Colligimus etiam ex dictis, quòd si nullus intellectus esset possibilis, nulla res esset vera. Ex hoc enim impossibili, quòd nullus intellectus existat, consequitur nullum ens existere: nam primum ens, scilicet Deus, est formalitèr intellectus; quare si non esset intellectus, neque esset Deus: sublato autem ente primo, omne ens tollitur. Ex altero autem impossibili, quòd esset Deus sine intellectu; consequitur, ut esset ens, & non esset verum; quia sine intellectu nulla est ratio veri: neque iterum sequitur, quòd non esset ens, nam verum solam relationem rationis addit; quare si ponas Deum irrationalem, duntaxat sequitur ens illud non posse comparari cum intellectu; sed manet ens, scilicet Deus. Quia verò intellectus diuinus est simpliciter necessarius, imò est ipsum ens primum, hoc satis est, ut conformitas

Soluitur.
Intellectus diuinus res intelligit ut sunt, id est, intelligit modum rerum non verò ad modum rerum, quasi ab illis mensuretur.

Res possibles sunt conformabiles cum intellectu diuino pratico.

Res antequàm existant nullo modo sunt extra intellectum diuinum.

16.
2. consecretariu.

Ostenditur.

Si supponatur Deus esse, sed esse sine intellectu: sequitur nõ esse verum, non tamen non esse ens.

S. August. cum eo intellectu sit omnis passioentis. Et idcirco illa sententia S. August. 2. lib. soliloquiorum cap. 3. *Etiamsi res non videatur, neque conformitatem habeat ad aliquam cognitionem, nihilominus vera est*: videtur esse interpretanda de cognitione speculatrice, à qua res sola denominatione extrinseca, & æquiuocè dicuntur veræ: quare nullo intellectu speculante adhuc sunt res veræ formalitèr, vt conformantur cum intellectu diuino practico; quia aliàs si nullus esset intellectus, nulla res esset vera. Vnde etiam alteram sententiam S. Augustini eiusdè loci: *Verum non rectè dicitur, quod ita se habet, vt videtur cognitori, quia secundum hoc nihil esset verum, si nullus cognosceret*: commentatur S. Thomas 1. part. quæst. 16. art. 1. ad 1. de cognitione creata; innuens sublata cognitione diuina nullam rationem veri relinqui.

Idem. Denique aduertendum est, quòd falsum est in rebus & in intellectu omninò iisdem modis, quibus decreuimus verum in rebus & in intellectu esse, vt commonstrat S. Thom. q. 17. artic. 1. Nam quia res dicitur vera formalitèr prout conformatur diuinæ arti, est etiã falsa cum est difformis. Solum autem peccatum est falsum vt difforme arti diuinæ, quod probat S. Thomas verbis Psalm. 4. *Queritis mendacium*, scilicèt peccatum. Et est ratio clarissima, quia nullus negabit peccatum esse difforme arti diuinæ; verum autem est conforme arti; ergo difforme, falsum est. Arti verò creatæ quædam etiam vera entia difformia sunt, quæ non simpliciter sunt dicenda falsa, cum diuinæ arti conformentur; sed cum arte nostra comparata falsa sunt, vt S. Thomas docet. Et ratione eadem probatur, quia sunt arti difformia. Sunt etiam veræ res vt causæ veritatis, quo pacto dicuntur falsæ res, quæ secundum apparentiam fallunt, vt docet Aristoteles 5. Metaph. tex. 34. Et S. Augustinus libr. 2. Soliloq. cap. 6. ea ait dici falsa, quæ verosimilia apprehenduntur, cum vera non sint; neque enim rebus inest vis aliqua fallendi, vt Doctor Sanctus declarat: sed quæ apparent alitèr quam sunt, dicuntur causa falsitatis; cum vera causa falsitatis sit defectus intelligendi. Nam apparentia in rebus, est vera similitudo cum

Interpretatio S. Thom. 17. Falsum est in rebus, & in intellectu, vt verum. *S. Thom.* Peccatum est falsum. *Psal. 4. n. 3.* Artefacta nostra aliqua sunt falsa. Res falsæ causalitèr quæ secundum apparentiam fallunt. *Arist.* *S. August.*

A rebus alijs. De qua quæstione plura dicemus Tomo 2. Est etiam falsum sicut & verum sola appellatione extrinseca, vt Aristoteles ait 5. Metaphysic. text. 34. diametrum esse falsum commensurabile, quod falsò intelligatur à nobis. Et est etiam falsum in signo, scilicèt in voce, aut scriptis, sicut & verum: quare iisdem modis verum, & falsum dicitur.

Quidam tamen negant, posse dici falsam domum, quæ non est ad mentem artificis. Et hoc probant, quia nullus hominum appellat artefacta falsa: sed neque opera praua esse falsa; sed mala esse, vt appellantur; & falsa non esse. Argumentum autem negans non est ducendum à communi appellatione, sed argumentum affirmans: Nam communis loquutio, est iudicium communis sensus hominum. Quòd etsi loquutio non sit communis neque sensus, satis est quòd sit sententia sapientium. Sed & hoc falsum est, quòd saltèm peccatum non appelletur falsum; cum ore omnium appelletur error; error autem falsitas est. Constat autem peccata esse falsa, siquidè sunt difformia diuinæ arti: nam & Christus Dominus opera bona vocat veritatem, Ioan. 3. *Qui facit veritatem venit ad lucem*. Quòd si bona opera vera sunt, cur non dicemus falsa, quæ mala sunt? Sed & artefacta, quæ deficiunt à recta arte, siue in materia, siue in formâ cernatur defectus, falsa dicimus, vt Sanctus Thomas testatur; & ita loquuntur urbaniores. Et satis est probasse quòd sint falsa, vt possint appellari falsa.

Responsio. AD primum argumentum respondetur, Aristotel. dixisse quædam non esse semper vera, quæ habent causam: hæc enim aliquandò non sunt vera actu, sed vera in potentia; eodem tamen modo non sunt entia actu, sed potentia. Ad probationem quidam respondent verum, & falsum non esse contraria, sed priuatiuè opposita: at verò, quia falsum non inuenitur in rebus, hæc in rebus ipsis non esse propriè opposita; sed in intellectu esse opposita, in quo potest vtrumque inueniri. Sed respondendum est, etiam falsum esse

Falsum per denominationem extrinsecam. *Arist.*
Falsum in signo.
18. Obiectio.
De artefactis: De peccatis.
1. Responsio.
Secunda.
Tertia.
De peccatis.
Ioan. 3.
De artefactis.
S. Thom.
19. Ad primū ex *Arist.*
Ad rationem responsio quorundam.
Vera responsio. Etiã falsū est in rebus.

in rebus, sicut & verum: omnes tamen res esse veras; quia secundum esse naturæ sunt vera ipsa peccata, sicut etiam & bona sunt: sed secundum aliquem defectum, quo etiam ab arte declinant, sunt falsa, & non entia, neque bona. Arist. autem altero in loco commentatus est, quod verum, & falsum sit in intellectu principaliter, ut docet S. Thom. q. 17. art. 1. Loquebatur enim ibi Philosophus de vero complexo, quod est in iudicio intellectus formaliter. Vel etiam loquebatur de vero, ut est perfectio intellectus: nam bonum significat perfectionem naturæ, verum autem perfectionem intellectus, ut ibidem interpretatur Sanctus Thomas, & hoc ipsum Aristot. proloquium iam antea explicauimus luculentius.

Ad confirm. ex Arist.

S. Thom.

20.

Ad 2. Relatio significata in obliquo constituit rationem formalem veri.

Nulla tamen intellectu eâ cogitante, entia dicuntur vera propter fundamentum veritatis.

- 1. exemplum creatoris.
- 2. imaginis.

Ad confirm.

21.

Ad 3. Intelligibile pro ipso intellectu præcedit omnem relationem rationis: Pro relatione rationis præceditur a relatione veri.

Ad secundum concedimus antecedens, quod relatio ista adueniens, & cogitatione apprehensa, constituit rationem formalem veri, ut arguendo comprobatur: quamobrem ante istam relationem cognitam ens non est verum. Dicimus ante relationem cognitâ, scilicet in obliquo: qui enim non intelligit ens cum relatione, non intelligit verum. Sed entia dicuntur vera nullo intellectu id contemplante, propter fundamentum veritatis; sicut dicitur Deus creator. Et hoc ipsum ostenditur exemplo de imagine; illa enim secundum esse absolutum, non est conformis exemplari; nisi conforme fundamentaliter accipias. Nihil ergo mirum, quod res productæ non intelligantur verè sine conformitate ad ideas, nisi propter fundamentum conformitatis. Ad confirmationem iam diximus obiectum non necessariò antecedere potentiam, nisi secundum causalitatem finalem; in qua cû existentiâ obiecti non sit necessaria, nulla aptitudo in obiecto postulatur, nisi ipsa res nuda, quæ est obiectum.

Ad tertium respondetur, quod intelligibile, ut indicat potentiam physicam, quæ est intellectus a quo omnia sunt intelligibilia, antecedit omnem relationem rationis; & nihil est, nisi ipse intellectus: sed ut hoc nomen significat relationem rationis, ipso actu intelligendi possumus percipere alias relationes antecedentes, & relationem veri, ut in notationibus declarauimus; verum ergo antecedit intelligibile; neque verò est necesse addere istam passionem entis, ut ibidem do-

cuimus. Ad confirmationem respondetur, res veras non pendere ab intellectu speculante; quia verum significat ipsum ens, quod ab speculatione rationis non pendet: sed relatio, quam verum addit enti, ab intellectu pendet, quæ nulla est, nisi mente concepta: ipsum verò ens verum finitum, qua ratione verum dicitur, pendet ab intellectu diuino practico, cuius effectus est.

Ad confirm.

Ad quartum respondetur, quod in ijs, quæ sunt omninò adæquata, non est magis, & minùs; quia non magis adæquatur palmus palmo, quàm cubitus cubito; & ita omnes res adæquantur ideis diuinis omninò; ita ut nò sit vna magis adæquata suæ ideæ, quàm altera res alteri ideæ suæ: neque idcirco dicuntur res quædam veriores alijs; sed secundum causam veritatis; quia quæ habent nobilius esse magis accedunt ad nobilitatem mensuræ, si vnum mensurabile cum alio conferatur. Et quoad hoc quædam res dicuntur alijs veriores.

Ad 4.

Ad quintum respondetur intellectum diuinum esse mensuram excedentem, qua diuersa possunt mensurari, ut tempora diuersa mensuratur æternitate; in qua nulla est distinctio, sed vnitas; & tamè res mensuratae sùt distinctæ. Secundò respondetur res creatas mensurari ideis, quæ sunt ratione distinctæ; sed nò est necesse, quod ista distinctio in ideis diuinis antecedit veritatem rerum: sed satis est, quod illæ ideæ intelligantur à nobis diuersis conceptibus, cum quibus sic cognitæ cõferentes res creatas, intelligimus esse cõformes. Prius enim intelligimus distinctas ideas, quàm ipsam distinctionem illarum, quæ est rationis distinctio. Itaque necesse est, ut cõparemus res cû ideis distinctis; & ad hoc satis est, quod illas intelligamus distinctis conceptibus; non verò est necesse, quod distinctio illarum prius cognoscatur à nobis, quàm intelligamus res ideis cõformes, & veras: sicut etiã cõparando perfectiones creatas cû diuinis, damus Deo diuersa nomina cû rebus creatis cõmunia; per hoc quod distinctis conceptibus perfectiones intelligimus; etsi non intelligamus prius earum distinctionem. Cû autem obijcitur verum esse in rebus, & idcirco oportere res creatas esse cõformes ideis re ipsa distinctis. Negatur cõsequètia, quia à causa simplici emanat diuersa effecta, diuersis cõformitatibus imitãtia causam.

Res nobiliores dicuntur veriores alijs, quatenus magis accedunt ad nobilitatem mensuræ.

Ad 5. Resp. 1. Intellectus diuinus est mensura excedens, ut æternitas.

Resp. 2.

Propter distinctos effectus distinctas ideas intelligimus ante illarum distinctionem.

Exemplum attributorum.

Obiect.

Soluitur. Non oportet ideas esse re ipsa distinctas.

De

De qua materia longa nobis imminet disputatio tom. 2. Præterea cum ideis conferimus non ens, sed species ultimas rerum, quæ relatione reali ad ideas referuntur; & hoc verum est in rebus, quia est relatio realis, ut diximus: sed relatio, quam addit verum enti, sola mente percepta, nullam distinctionem in ideis postulat, neque etiam rationis; quia est relatio ad divinam essentiam, ut ad exemplar commune.

Ad sextum iam diximus in advertendis relationem veri, ut est passio entis, respicere divinum intellectum, non speculantem, sed practicum: & in speculante res cognitæ à Deo neque esse mensuram, neque mensurabile; sed essentiam, in qua cætera cognoscuntur, esse quasi mensuram. Ad confirmationem negamus, verum, ut est passio entis, referri ad utrumque intellectum, sed solum ad practicum aimus. Ad alteram confirmationem respondemus intellectum divinum speculantem res creatas esse verum, quia cognoscit illas, ut sunt; non ut sunt in se ipsis, sed ut sunt in Deo: & ita non mensuratur rebus cognitæ, sed quasi mensuratur essentiam suam, ut declarauimus. Itaque ab essentia divina, & intellectu practico habent ipsa rerum essentia, ut sint vere, scilicet veræ in potentia. Quod autem dicantur veræ secundum esse cognitum, sola denominatione extrinseca sic veræ dicuntur, ut observauimus.

Ad septimum fecimus satis in advertendis concedendo sequelam, quod si nullus intellectus esset possibilis, nullum esset verum.

Ad octavum respondetur aliud esse verum speculativum, quod est formaliter in intellectu, ut est mensurabilis per rem cognitam; & aliud verum practicum in rebus, ut sunt mensurabiles per intellectum practicum. Et quod utrumque est verum formaliter, & non per attributionem unius ad alterum; quia utrumque est mensurabile ad mensuram relatum.

Quod si ab his duobus veris, quorum utrumque est formaliter verum, velis abstrahere verum commune: non repugnamus; quia relatiuis quibusque potest esse relatio communis, ut hoc lib. dicemus: verum autem est quoddam relatiuum: & illud erit analogum proportionis unius conceptus; quare verum de utroque vero dicitur, non æquivoce, sed vno conceptu analogicè:

verum autem speculativum æquivoce est ad verum in signo, & verum in causa; quia res cognita non est vera, nisi ut causa veritatis; propositio autem est vera, ut signum veritatis. Nulla ergo est consequentia, quod si verum speculativum in intellectu est formaliter verum; quod verum practicum in rebus non sit formaliter verum; sed æquivoce, ut signum, aut causa veritatis: imò & in intellectu, & in rebus, est formaliter verum, ut mensurabile.

Ad ultimum respondetur, quod verum practicum in rebus est simplex, ut potest passio entis, quod simpliciter est unum & secundum quid multa; & verum eodem modo simpliciter est unum, & secundum quid multa. Contra, verum in mente simpliciter est complexum, quod in iudicio mentis cernitur; & secundum quid est simplex, quod in apprehensione simplici invenitur. Clarissime igitur arguendo paralogizatur de vero practico, & speculativo, tanquam de vno, & eodem vero arguetes. Præterea verum simpliciter non est complexum, nisi in nobis, qui pluribus conceptibus utimur ad iudicandum; non autem ex propria ratione veri. Quare neque causaliter verum est complexum; nam in angelis sine complexione conceptuum invenitur verum in intellectu.

Ad confirmationem concedimus suo modo contraria esse verum, & falsum; & sicut in mente est verum, & falsum speculativum; ita & in rebus verum, & falsum practicum, ut in advertendis docuimus: neque est consequens, quod ea res, quæ falsa dicitur, non sit res vera; quia falsum fundatur in vero, sicut malum in bono. Itaque opus peccati est verum secundum esse naturæ, & est falsum secundum quod declinat ab arte divina: & artefactum est verum simpliciter secundum quod conformatur arti divina: in ratione entis naturalis; & est falsum secundum quid; scilicet secundum quod ab arte creata deflectitur in rationem artefacti.

CAPUT VII.

Quid sit bonum, & perfectum?

Caput habet partes quatuor. Prima pars: Quid sit bonum? Secunda pars: Bonum est in rebus, verum in intellectu. Tertia pars: Quid sit bonitas increata? Quarta pars: Quid sit perfectum, & perfectior?

Secus de vero in causa, vel signo.

Ad ultimum. Verum practicum est simpliciter unum & secundum quid multa, ut ens.

Verum practicum ex se neque causaliter est complexum.

Ad confirm.

Falsum fundatur in vero, sicut malum in bono.

Artefactum est verum simpliciter, falsum secundum quid.

Imò nec ratio ne, ad relationem veri creati abstractam, seu mente sola percepta, quæ est ad essentiam divinam, ut ad exemplar commune.

24. Ad 6. Intellectus divini speculantis quasi mensura est essentia divina, in qua cætera continentur.

Ad 1. confirm.

Ad secundam.

Deus speculatur res creatas, ut sunt in se ipso, non ut sunt in se ipsis.

25. Ad 7.

26. Ad 8.

Verum commune ad utrumque verum formaliter, scilicet practicum & speculativum, est analogum non attributionis, sed proportionis unius conceptus.

PRIMA PARS.

Quid sit bonum?

DE ratione boni non est facilior, quã de vero disceptatio. Principio autẽ minus probabiles de re proposita sententiã refellendã sunt. Quidã opinati sunt, quod bonum addat enti aliquid absolutum: quã opinio adscribitur Ioãni Scoto in 1. dist. 3. q. 3. & alijs in locis. De qua etiam re Ioan. Capreol. in 2. d. 34. q. 1. Sed iam in superioribus comprobatum est passiones entis non addere enti aliquid absolutum.

Heruzus quodlib. 3. q. 2. consentit rationem boni esse absolutam, aut aliquid saltẽ cõmune absoluto, & relativo. Sed hæc quoq; existimatio falsa cõvincitur, eò quod nihil cogitãdo licet enti addere, quod sit entis passio æquẽ cõmunis, nisi addita relatione, vel negatione. Et cõfirmatur, quia id, quod abstrahitur ab absoluto, & relativo, intelligitur cõceptu absoluto, ut ens; absolutum autẽ non potest addi enti, quod sit enti adæquatũ. Sed fortẽ Heruzus credidit, conceptum boni esse absolutum addita relatione in obliquo, quã est nostra sententia; quam etiam de vero disputantes sequenti sumus; alitẽ sine relatione addita saltẽ in obliquo, non potest intelligi, aut verum, aut bonum.

Tertia est sententiã Durãdi d. 34. q. 1. quod bonũ addat enti relationẽ realẽ. De ea quoque opinione tractatum est, & docuimus relationem additam enti non posse esse realẽ; neq; eã, quã additur enti finito, esse realẽ; sed potest dici relatio appellatione realis: quia hæc relationes, etsi sint rationis propter reale fundamentum, nominantur in numero entium realium, ut antea declarauimus.

Constat igitur, quod bonum addat enti relationem, aut rationis, aut saltẽ relationem abstractam à reali, & rationis, ut de vero diximus. Sed quã sit ea relatio indagare difficillimum est, quia vix intellectus penetrat ad recõditã veritatis involucrum.

Franciscus Ferrar. 1. cõtra gent. cap. 37. credidit relationem boni esse eandem, quã est perfecti: quare idem esse bonum, & perfectum, ut S. Thom. videtur docere 1. p. Perfectum autem addit relationem conuenientiã cum re eã, cu;

A ius est perfectio; & perfectum, quod à perfectione derivatur, eandem indicat relationem, ut p. 2. cap. exponemus: erit ergo relatio boni conuenientia cum re, cuius est bonum; seu potius conuenientia actus, siue formã cum re, cuius est forma. Hęc sententia, si perfectum cum bono omninò confundit, ita ut sint synonyma, profectò falsa est, ut in disputatione ista perspicuum erit. Quod si ratione, siue definitione separat bonum à perfectio; illud, quo distinguantur, neque explicat, neque etiam innuit.

Opinio hæc Francisci Ferrariẽs. alijs quoque placet, ut rationem formalem boni consentiant esse eandem, quã est ratio formalis perfecti; eamque esse S. Thom. sententiam 1. p. q. 5. affirmant.

B Perfectum autem aiunt idem esse, atque integrum, cui nulla pars deest; integrum autem referri ad partes integrantes, relatione totius, iuxta verba S. Hilar. lib. 2. de Trinit. *Perfectus à perfecto, quia totus à toto.* Quibus consequentijs ad hoc decurrere videntur, ut relatio boni, quã est formalis ratio boni (ut aiunt) sit relatio totius ad partes; siue relatio integritatis ad ea, quibus integrum constat. Et quantum colligere possumus ex eorum verbis, arbitrantur hanc relationem non conuenire essentiã, sed essentiam simul cum partibus, quibus componitur, conuenire ad ipsam integritatem, ita ut relatio ista integritatis respiciat simul, & partes, & essentiam ex partibus compositã. Approbant igitur opinionem Durandi hac in re, quod ait has passiones non conuerti cum ente per identitatem essentialẽ, sed denominatione quadam; quia quicquid est ens, est bonum; quia in ente composito integritas (ut aiunt) est relatio realis, & ipsa est bonitas illius entis. Confitentur etiam bonum esse id, quod est conueniens, cũ eodem Durand. de qua re postmodum differemus. Sed eam rationem boni, aiunt esse posteriorem, & non esse passionem entis; integritatem autem esse rationem boni primam, & præcipuam, eamq; esse entis communissimam affectionem.

C Equidẽm, ut verum fatear, nihil veri inuenio in opinione ista; imprimis quod hæc non sit opinio S. Thom. constabit hoc cap. & apud eosdẽ auctores liquet, qui affirmant contra doctrinam S. Thom. bonum antecedere verum. At S. Thom. 1. p. q. 5.

D In hac sententia 1. falsum. Refellitur S. Thom. 1. p. q. 5.

Hęc sententia vel falsa, vel diminuta.

6. Eadem est usq. disp. 24.

S. Thom. Explicatio sententiã diuersa

S. Hilar.

Cũ Durãdo conuenit. 1.

Conuenit. 2.

Quid addat ad Durand.

7. In hac sententia 1. falsum. Refellitur

S. Thom.

q. 5.

1. opinio, Scot. Capreol. Refutatur supra cap. 5. 2. opinio, Heruz. Refutatur. Confirmatur refutatio. Heruzus explicatur. 3. opinio, Durand. Relationes veri, & boni etsi sint rationis, nominantur in numero entium realium. 4. & vera sententia. Bonum ad sit entis relationẽ aut rationis, aut saltẽ abstractam, &c. Difficultas quãnam sit ea relatio? 5. sententia Ferrar. S. Thom. Explicatio huius sententiã.

R. P. re di ti V. lat. ell. Pe. fig. tie. res. O. 3. Ref. D. tot. tap. Pass. om. dem. ent. Ob. Resp. Attr. sunt. tes. Refe. In fir. & vlt. ferent.

Cohærenter præfert verum bono.

2. falsum.

Refellitur. Perfectum est relatum secundum dici ad perfectionem. Verum est relatum secundum esse ad partes. Perfectum non significat relationem ad partes.

Ostenditur,

8. 3. falsum.

Refellitur 1.

Deus dicitur totum per metaphoram.

Passio entis de omni ente eodem conceptu enunciatur. Obiectio.

Responsio. Attributa non sunt verè partes.

Refellitur 2.

In simplicibus & ultimis differentijs nulla

q. 5. art. 3. ait bonum posterius esse verum, quia respicit voluntatem, verum autem ad intellectum pertinet: non ergo arbitratus est S. Thomas bonum esse idem, quod perfectum, siue integrum, quod antecedit verum. Et hoc licuit illis aduertisse, qui S. Doctorem improbant præferentè verum bono. Deinde illud quoque falsum est, quod perfectum refertur ad partes relatione totius, aut integri: perfectum enim refertur ad perfectionem, qua perfectum est, & est relatum secundum dici; significat enim rem absolutam cum quodam modo relato intelligendi, ut postea explanabimus; totum autem est relatum secundum esse, quod significat relationem totius ad partes: perfectum autem non significat relationem ad partes; aliàs Metaphoricè diceretur de Deo, qui tamen est summè perfectus, ac verè, ac simpliciter perfectus; Neque hoc quod in ore omnium versatur affirmantium Deum esse perfectissimum, viro Theologo proprietate sermonis obseruata, renuendum est: non ergo idem est perfectum, & totum, siue integrum.

Tertium quoque assertum, quod est caput quæstionis, à veritate longè abest; quod ratio formalis boni sit relatio totius, aut integri ad partes: esset enim æquiuocum nomen hoc, bonum; nam res simplices non habent partes, nisi per metaphoram; & cum Deum dicimus totum, dicimus metaphoricè; ergo si bonum est idem, quod totum, de quibusdam dicitur cum proprietate sermonis, de alijs verò per metaphoram; ergo non est passio entis, quæ de omni ente eodem conceptu enunciatur. Quod si dicas omne ens etiam Deum optimum habere partes in compositione intellectus: argumentum non dissoluis; quia hæ ipsæ partes compositionis rationis, quadam metaphorà partes dicuntur, cum verè non sint partes: ergo nomen totius non est commune vno conceptu significans totum physicum, & totum metaphysicum, quod sola mentis contemplatione componitur, & sola voce totum dicitur. Præterea simplices, & ultimæ differentiæ, neque in compositione Metaphysica habent partes; & licet ab his abstrahatur ens conceptu communi, tamen ea abstractione id, quod est commune, non distinguitur à differentia contrahente, ut lib. 5. elu-

A cidabimus: quare nulla ibi est compositio rationis, quasi ex partibus; ergo neque ratio boni ibi inuenitur, si illa est ratio totius. Denique si nos ipsos consulamus, nullus est hominum, qui nomine boni intelligat relationem totius ad partes; ergo neque vel etiam materialiter indicatur nomine boni vniuersim relatio totius. Nam & totum est quoddam bonum, sed non omne bonum est totum. In hoc enim falluntur fortassis; quoniam perfectum aliquando dicitur, cui nulla pars deest; perfectum autem est, quod bonum quoque est: omne enim perfectum bonum est, licet hæ ratione differat. Ideò fortè putarunt perfectum esse, quod partibus constat. Dicendum igitur est id, quod suis partibus constat, perfectum esse, & bonum; sed non omne perfectum, & bonum partibus constare.

Quod si obijcias, relationem rationis, & realem posse apprehendi nomine vno, & conceptu; & ideò totum per metaphoram, & totum, quod habet partes, quia sunt quædam relatiua, posse apprehendi vno conceptu, & nomine vno, quod designet passionem entis. Respondetur verum esse assumptum, quando relatum rationis illo nomine proprie dicitur; sed non ita, cum dicitur per metaphoram: verbi gratia, similitudo quæ est relatio realis, & quæ est relatio rationis, vtraque dicitur proprio nomine similitudo; & ideò dicitur nomine communi, & conceptu vno similitudo: sed paternitas realis, & paternitas per adoptionem, non dicuntur eodem conceptu paternitas; quia ea, quæ est per adoptionem paternitas, per metaphoram dicitur hoc nomine. Aliàs pater adoptiuus esset verus Pater; & Deus haberet veras partes, eò quod partibus conceptuū componitur, siue partibus rationibus formalibus. At verò neque in compositione rationis, ultimæ differentiæ habent partes, ut diximus; neque bonum significat idem, quod totum, aut integrum.

Quarto loco quod aiunt eam relationem integritatis non conuenire essentiali, sed respicere essentialiam simul cum partibus; videtur esse per incogitantiam dictum; quia cum dictis non concordat. Nam, si bonum, & integrum, siue totum idem est, relatio boni est relatio totius ad partes, quæ conuenit essentiali, ut propria relatio suo relato: neque ista relatio respicit

est compositio etiam rationis quasi ex partibus. Refellitur 3.

9. Obiectio.

Solutio. Etiam relationes non dicuntur vno conceptu; quando altera dicitur per metaphoram, ut paternitas adoptiua.

Pater adoptiuus non est verus pater.

10. 4. falsum.

Refutatur ut minimè cohærens.

respicit essentiam, sed respicit partes, ut alterum relatum, ad quod essentia refertur.

11.
5. falsum consonum Durando Refellitur.

Quintum quoque enunciatum Durandi non placet, quod passio entis denominatiue dicatur de ente. Nam etsi aliquando relatio bonitatis sit accidens distinctum a re, cui conuenit nomen bonum; quia substantia creata relatione reali addita conformatur primae causae creatricis voluntati, quae conformitas est relatio boni, ut dicimus: tamen de multis entibus bonum dicitur per identitatem, quae non est relatio addita; enti uero communi nihil additur, ut apud omnes constat.

12.
Ultimum falsum est illud additum. Refellitur. Conueniens proprie includitur in ipsa ratione perfecti.

Postremum est, quod improbamus, quod perfectum antecedit rationem conuenientiae. Cui enim conueniens proprie dicitur id, quod conuenit rei ipsi in qua est; & hoc modo perfectio sit forma, siue actus rei conueniens, ut postea explicabimus: in ipsa ratione perfecti includitur conueniens, & non est prior ratio perfecti, quam ratio conuenientis. Id uero quod dicitur conuenire rei alteri, cui non inest, ut causa, aut obiectum, minus proprie dicitur conueniens; & illud quidem conueniens, est posterius perfecto, in quo est; quia causalitas aduenit enti naturali perfecto; sed est prius perfecto, cuius causa est. Sed quod proprie dicitur rei cuique conuenire, est ipsa rei perfectio, & relatio conuenientiae designatur nomine, & conceptu perfectionis in obliquo.

Conueniens improprie aduenit, ut esse causam, vel obiectum, &c.

Relatio conuenientiae designatur nomine perfectionis in obliquo.

13.
2. sententia Soarj disp. 10. sect. 7. Explicatur. Nullam esse rem quae alijs non sit conueniens. Ostendit percurrendo omnia. Primum.

Est igitur aliorum sententia, quod bonum addat enti conuenientiam cum re, cuius est bonum: at uero nullam esse rem in natura rerum, quae cum alia non conueniat, ita ut quaecumque una res sit bonum alicuius alterius rei; quare cum conuenientia sit omnibus rebus communis, ea quoque est adaequata enti, & ratio formalis boni. Et ne diuinum bonum excludat a ratione boni communi, aiunt quoque Deum rebus, & res Deo conuenire; Deum quidem conuenire rebus, ut auctorem illarum; res autem creatas conuenire Deo, quia decent bonitatem illius. Et quidem accidentia conuenire substantiae, & formas subiectis, facile expediunt: sed quod substantia conueniat accidentibus, probant quia sustinet accidentia. Et item, quod una substantia conueniat alteri, ostendunt, quia una est

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

A alterius causa, vel effectus, vel obiectum, vel etiam quia sunt partes uniuersitatis mundanae. Itaque ex innumeris conuenientiarum generibus, unam rationem abstractam aiunt esse formalem rationem boni, bonumque & conueniens esse synonyma. Alij uero conuenientiam rerum omnium referunt ad Deum, qui est bonitas prima, & primum conueniens; & illam conuenientiam rerum omnium cum Deo aiunt esse bonitatem creatam; & ex illa consequi ordinem appetibilis ad voluntatem.

3. Sententia Fons. 4. Met. c. 2. q. 7.

Hic modus opinandi non solum est multis implicitus, sed falsus; explicant enim rationem boni, sine relatione ad appetitum; quod fieri non potest, ut docebimus. Praeterea prior illa opinio ponit passionem entis conuenientiam, non aliquam determinatam rationem conuenientiae per se coniunctam cum ente, sed vel hanc, vel illam; imo & contingentem, ut quod sit causa, vel effectus, aut obiectum. Necessesse est autem assignare unam conuenientiam, & illam omni enti communem. Quam ob causam S. Thom. de uerit. q. 21. art. 1. eleganter commonstrat passionem entis oportere accipi ab intellectu, & voluntate; quia sunt potentiae adaequatae ipsi enti. Deinde conuenientiae istarum rerum inter se inuicem sunt multae, bonitas autem unius cuiusque rei est una; quia bonum cum sit passio entis, non multiplicatur nisi simul cum ente; ergo ratio formalis boni non est conuenientia inter res ipsas. Praeterea in eo etiam falluntur utriusque, quod causam, aut effectum boni accipiunt pro bono formaliter; nam Deus est bonum nostrum, ut causa: quo sensu S. August. dixit 8. de Trinit. cap. 3. Deum esse bonum omnis boni; & res caeterae, si quo nomine sunt diuinum bonum, ut effectus diuinae bonitatis, ut argumentum, & signum, uocantur diuinum bonum; iisdemque nominibus Deo conueniunt. Sed neque una substantia est bonum alterius, nisi ut causa bonitatis, aut ut effectus. His autem omnibus, nomen boni aequiuoce conuenit sola denominatione, sicut sanum de causa sanitatis solo nomine dicitur. Imo bona quibus utimur, non sunt bona nostra naturalia, sed sunt nobis in usu; bonum autem, quod est passio entis, est bonum naturale, quod est ipsa substantia, vel quae in substantia sunt, ut enarrauimus.

14. improbat utraque sententia. 2. prior improbat.

S. Thom.

3. prior

4. utraque.

S. August.

5. prior.

Illud

15. Inconsideratū quorundā dicitur. Malè sonat quod Filius Dei sit bonū Patris. Pater ut persona est, non est bonum Filij. Probat.

Non formaliter.

Nō causaliter.

16. 4. & ultima sententia, S. Thom.

17. 1. pramittendum. Vtrum relatio boni sit relatio appetibilis? Pro parte affirm. S. Thom.

Aristot.

18. Resoluitur negatiue. Probat 1. quia relatio appetibilis est posterior bono. S. Thom.

Probat 2. Non esse est appetibile.

Capreol. Caiet.

Illud etiā non est consideratè dictū, quòd vna persona diuina, vt persona est, sit bonum alterius; quòd quidam videtur sentire: malè enim sonat, quòd Filius Dei sit bonum Patris, cum Pater nihil accipiat à Filio: sed neque Pater vt persona est, bonum est Filij; quia nō communicat illi personam, vt possit dici bonum Filij, etiam vt causa bonitatis. Imò propriè loquendo nullo sensu ad normam loquendi philosophicam, Pater est bonum Filij; non formaliter, quia Pater non est forma Filij, cum sint distinctæ hypostases: nō causaliter, quia Pater etsi sit principium Filij, non tamè est principium bonitatis, quæ est in Filio, vt dicatur bonum, quasi causa bonitatis: & tamen diuinæ personæ conueniunt in quadam conuenientia principij, & eius, qui est à principio; ergo conuenientia non est ratio formalis bonitatis.

Postrema sententia est S. Thom. 1. p. q. 5. docentis bonum definiri per ordinem ad voluntatem; quare bonum formaliter addit enti relationem ad voluntatem.

Vt igitur relatio ista quæ delitet, palam appareat, expendendum est; vtrum ea sit relatio appetibilis, aut verò relatio finis, aut alia quædam distincta relatio? Quòd bonum sit ipsum appetibile, videtur docere S. Thom. 1. p. q. 5. art. 1. Ratio (inquit) boni in hoc consistit, quòd aliquid sit appetibile. Et art. 3. ad 1. ait bonum addere enti relationem appetibilis. Et Aristot. 1. Ethic. c. 1. bonum esse ait id, quòd omnia appetunt.

Nihilominus dicendum est relationem appetibilis esse posteriorem bono; appetimus enim re, quia bona est: ergo ipsa ratio boni antecedit relationem appetibilis. Ex hoc rectè notauit S. Thom. in Ethic. illam definitionem boni, quòd omnia appetunt, dicens à posteriori depromptam esse, scilicet quia relatio appetibilis est posterior, & indicat rationem boni, in qua fundatur. Præterea, nō esse est appetibile, hoc enim appetunt, qui mortem appetunt, & tamen nō esse non est bonum, quòd est passio entis; quia non esse non est ens: ergò non idè est appetibile, & bonum illud, quòd est passio entis. Eadem est sententia Ioan. Capreol. in 2. d. 2. q. 3. quem sequitur Thom. Caiet. 1. p. q. 5. art. 1. & Francisc.

A Ferrar. 1. contra gent. cap. 3.

De fine maior est dubitatio, nam etsi res comparatæ cū nostro appetitu, prius sint appetibiles, quàm possint nominari à relatione finis, quæ est relatio causa actu allicientis appetitum; tamè si cum diuina voluntate conferantur, omnes res creatæ, vt sunt à Deo expetitæ, sunt bonæ; nihil enim Deus expetit nisi bonum. Quòd si dicas media ad finem esse quoque bona, & tamen non esse finem, sed media. Potest responderi, ea quæ sunt media ad alia, vt sunt in se ipsis bona, esse quoque finem; quia sunt res expetitæ saltem à diuina voluntate. Et ita videtur sentire S. Thom. art. 2. ad 1. & lib. 3. contra gent. cap. 37.

B

Sed tamen rationem boni à fine cogimur disiungere; nam ratio boni est prior; prius enim est posse esse, quàm esse: finis autem est, id quòd actu allicit appetitum, & est actu expetitum: ergò prius est res appetibilis, quàm quòd sit finis actu expeditus; bonum autem præcedit ipsum appetibile. Præterea, materia prima est bona cum sit ens; & tamen nullam habet rationem finis; nam finis est, quòd propter se ipsum appetitur, materia autem non sic appetitur, sed solum propter formam. Adhuc, finis est relatio opposita medio, & ita necesse est, quòd addat aliquid bono; bonum enim non opponitur medio, quòd est vtile; nam & vtile bonum est in se, ipso bonitate aliqua: differunt ergò ratione bonum, & finis. Simplici etiam voluntate expeditur bonum sine ratione finis: & diuina essentia non est finis suæ voluntatis, cum tamen sit summum bonum; ergò amplior est ratio boni, quàm finis. Neque S. Thomas nobis adperatur, sed ait bonum, quatenus appetibile, importare habitudinem causæ finalis; quia ea, quæ appetuntur habitudine formali, referuntur, siue vt media ad finem, siue vt finis ad media. Quocirca S. Thom. 4. contra gent. cap. 40. docet bonum dici, aut quia finis est, aut quia ordinatur ad finem; non ergò finis complectitur omne id, quòd bonum est. Et idem docet in 1. d. 38. & 2. 2. q. 33. art. 6. ad 3. magis explicatè ait, non solum finem, sed etiam medium habere rationem boni: bonum igitur, & finis sunt coniuncta, sed non eadem, vt liquet ex dictis.

C

Dicendum igitur est de bono, sicut de vero

Ferrar. 1. contra gent. cap. 3. 19. 2. Præmittendum. Vtrum sit relatio finis. Pro p. affirm. Ratio.

Obiect.

Respons.

S. Thom.

20.

Resoluitur negat.

Probat 1.

Secundò.

Tertiò.

Quartò.

Quintò.

S. Thom. explicatur.

Idem pro resolutione.

Idem magis explicatè.

Conclusio.

Bonum est, quod est diuina voluntati conforme.

In vero, & bono plura similia.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Cōfectorium.

Quintum simile.

Plura dissimilia.

Primum.

Mensura proprie est solius intellectus.

Relatio boni occulta, & anomena nuncupatur nomine alieno, & communissimo mensurabilis.

vero, quod bonum est id, quod est adequatum, siue conforme voluntati. In conformatione autem ista aliquid est ut mensura, & aliquid ut mensurabile: unde veniendum est ad primam mēsuram, non mensurabilem, quæ est diuina bonitas; & illa est identitas voluntatis diuinæ cum re dilecta, scilicet cum diuina essentia: res autem creatæ sunt bonæ, quatenus sunt conformes diuinæ voluntati, à qua per se pendent. Ea relatio est in rebus absolutis, & perfectis relatio realis, & in rebus imperfectis, & relatiuis est rationis, sicut de vero diximus. Bonum autem commune indicat relationem communem abstractam à relatione reali, & rationis. Nostra etiam voluntas bona est, ut mensuratur bonitate rerum: sed bonitas ista non est transcendens, cum sit solius potentie appetentis. Est ergo bonitas transcendens quædam conformitas cum diuina voluntate, siue per identitatem, ut est bonitas prima increata; siue ut res ceteræ mensurantur illa bonitate prima, quæ sita est in diuina voluntate, sicut diximus de vero. Denique nomen, bonum, æquiuocum est, quod aliquando significat causam veritatis, quo pacto dicimus Deum bonum nostrum, ut causam bonorum sola appellatione extrinseca: & illud etiam, quod bona voluntate diligitur, denominatione extrinseca dicitur bonum, & est bonum formaliter, quod est ipsum ens finitum, ut pendet à diuina voluntate.

Omnia hæc similia sunt in vero, & bono. Sed nonnulla sunt, quæ variantur in comparatione veri, & boni. Et illud quidem iam est discriminis, quod licet dixerimus bonum esse mensurabile voluntate diuina, vsi sumus nomine traducto, & impropria quadam significatione; quia mensura loquendo proprie pertinet ad intellectum, & ita res omnes mensurantur intellectu diuino, ut propria regula, siue norma, qua diriguntur: & idcirco rectum dicitur proprie verum, quod est proprie regulatum. Igitur cum voluntate diuina res eadem comparate non dicuntur proprie mensurate, sed relatione alia occulta dicuntur bonæ, quam nos relationem perscrutamur; & rem anominam, seu non habentem nomen, nomine alieno, & communissimo nuncupauimus mensurabilem. Alia in vero, & bono dissimilia statim in

A secunda parte huius capituli expediuntur.

Confirmatio.

Q Vòd bonum sit passio entis, docet Arist. 4. Metaph. & 1. Ethic. cap. 6. ait bonum cum ente conuerti, & diuidi per omnes cathogorias. Quibus similis est Patrum sententia, vbicunq; de bono disputant: S. August. lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 32. *In quantum* (inquit) *sumus, boni sumus.* Idem docet lib. 83. quæstionum q. 24. *Omne* (inquit) *quod est in quantum est, bonum est.* Quod si ens in quantum est, bonum est, causa adæquata boni est ens; & sunt adæquate communia bonum, & ens. S. Athanas. in oratione contra idola, bona esse ait, quæ sunt; quæ autem non sunt, mala. Et Boëtius lib. de Hebdomadibus cap. 2. *Quidquid est* (inquit) *in eo quod est, bonum est.* Quod videtur à S. Aug. acceptum. Et similes sunt Patrum sententiæ, quibus confirmatur documētum aliud, quod bonum in ipsa sui notione includat ens.

Quòd verò bonum referatur ad voluntatem, docet imprimis Arist. definitione illa boni celeberrima: *Bonum est quod omnia appetunt*; cuius definitionis videtur meminisse S. Basilus Psalm. 44. nostræ opinioni haud ambiguum suffragium ferens. *Idem* (inquit) *naturæ est bonum, & dilectum; & idcirco rectè quidam bonum definiunt, quod omnia appetunt.* Est igitur sententia Magni Basilij bonum esse id, quod appetimus, & hanc esse naturam boni. Hoc idem testatur S. Dyonisius de diuinis nominibus c. 1. *Omnes* (inquit) *est pulchrum, & bonum, desiderabile, & amabile*: vbi eleganter expressit naturam boni, quod est pulchrum, siue perfectum, ut docet S. Tho. 1. p. q. 5. art. 1. ad 3. Bonum autem nihil addit perfecto, nisi relationem ad appetitum. Quomodo pulchrum coniungatur cum bono docet etiam S. Tho. q. eadem art. 4. ad 1. Idem etiam S. Dyonis. lib. eodē cap. 4. ait bonum esse diffusiuum sui: quod non potest intelligi, nisi in genere causæ finalis, ut commentatur S. Thom. art. 4. ad 2. Quòd autem hæc sit opinio S. Thom. nullus ambigendi est locus: nam q. 5. ait ita bonum esse id, in quod tendit voluntas, sicut verum est id, in quod tendit intellectus. Et clariùs

Alia dissimilia vide in p. 2.

23. Bonum est passio entis.

Aristot.

S. August.

S. Athanas.

Boëtius.

Bonum in ipsa sui notione includit ens.

24. Refertur ad voluntatem

Aristot.

S. Basil.

S. Dyonis.

S. Thom.

Idem.

S. Dyon.

Hæc proculdubio est opinio S. Thom. Ostenditur.

rius dicit ibidem rationem boni in hoc sitam esse, quod aliquid sit diligibile: & ar. 3. ad 1. bonum addere enti solam relationem appetibilis; & ar. 4. ad 1. quod bonum respicit appetitum. Hoc ipsum repetit q. 16. art. 1. & 5. & lib. 1. contra gent. cap. 4. & de verit. q. 1. & 21. in articulis primis, & aliis sapius. Constat igitur S. Thom. rationem formalem boni ad appetitum, siue voluntatem referre. Hoc idem confirmatur Philosophico pronunciato, quod ab Arist. de proprio est 3. Metaph. tex. 4. Mathematica non esse bona. Est autem frequentissimus Philosophorum commentarius, non dici bona mathematica; quia non habent rationem finis, eò quod secernuntur à motu: mathematicus enim motum, & finem non considerat; ergo bonum est cum fine coniunctum, & ad appetitum refertur, sicut & finis. Et ita interpretatur locum istum S. Thom. 1. p. q. 5. art. 3. ad 4. & q. 21. de verit. art. 2. ad 4.

ix Arist.

Mathematica non sunt bona.

Ratio celebris ad rem presentem.

S. Thom.

25. Ratio boni referenda est ad primam bonitatem, quæ est diuina voluntas, ut est idem cum essentia. *Boetius.* *S. August.*

S. Thom.

Genes.

Alex. Alës.

Denique quod ratio boni referenda sit ad primam bonitatem, quæ est diuina voluntas, ut est idem cum essentia diuina, probatur; quia ut ait Boetius in lib. de hebdomadibus, omnia sunt bona, in quantum referuntur ad Deum. Et hoc videtur insinuare S. August. lib. 8. de Trinit. cap. 3. vbi ait Deum esse bonum omnis boni. Et eadem est sententia S. Thomæ clarissima lib. 1. Perihiermin. Quod idem colligitur ex doctrina S. Thom. 1. p. q. 6. art. 4. vbi docet omne bonum referri ad illud primum bonum, ita ut primum bonum sit ratio, & causa diligendi cætera bona: & ita omnia bona referuntur relatione quadam ad diuinam voluntatem, quæ est relatio propria boni addita enti finito. Et hoc forsitan indicauit Moyses verbis illis Genes. cap. 1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Hoc est sibi placentia, & à se expetita, ita ut erant; in hoc enim erant bona, sicut vera, ob conformitatem ad ideas diuinas. Non dissimiliter sentit Alexand. Alens. p. 1. q. 13. in 2. vbi docet verum referri ad Deum ut ad exemplar, & bonum ut ad causam finalem.

SECUNDA PARS.

Bonum est in rebus, verum in intellectu.

1. Duo in vero, & bono dissimilia.

Duo adhuc supersunt in compara-

atione boni, & veri dissimilia, quæ sunt opere precio explicanda. Primum quod ait S. Thom. q. 16. & aliis sepius verum deriuari ab intellectu ad res, bonum verò à rebus ad voluntatem deduci. Alterum quod Aristot. docet verum esse in intellectu, & bonum in rebus. Explicatione autem istius dubij posterioris enucleabitur illud prius.

Igitur ponderandum est id, quod docet Thom. Caiet. q. 16. art. 3. discrimen esse inter bonum, & verum, prout dicitur esse obiecta intellectus, & voluntatis; ait enim verum dici obiectum intellectus, quia est conditio obiecti, sine qua ens, quod est obiectum intellectus non perficit illum; at verò bonum ait esse non conditionem obiecti, sed ipsum obiectum formale. Et ista Caiet. explicatio multis placet: & ita declaratur illud Aristot. proloquium, quod verum sit in intellectu; quia verum non est id, quod cognoscitur, sed est conditio rei, ut intellecta est; bonum autem esse in rebus, quia est idipsum, quod appetitus per se appetit. Cæterum S. Thom. id discrimen non agnoscit; imò art. 1. q. illa, ait bonum esse id, in quod tendit appetitus, sicut verum est id, in quod tendit intellectus. Quibus in verbis similitudo indicatur, non discrimen. Præterea quomodo verum sit conditio obiecti intellectus non perspicio; obiectum enim non perficit intellectum aliqua actione, in qua verum sit conditio operandi; sed ipsum ens sua propria entitate est mensura intellectus nostri; & relatio veri transcendens, quæ est conformitas cum intellectu diuino, non comparatur cum intellectu nostro: nisi fortè dicas ipsam relationem conformitatis cum intellectu diuino, esse conditionem, sine qua ens illud creatum non esset regula intellectus nostri; quia regula secunda est regulata per primam. Sed hoc indicat potius conditionem regulæ, quàm conditionem obiecti: nam etsi idem ens sit obiectum intellectus, & regula; tamen ut obiectum est, nihil aliud sibi vendicat, nisi propriam entitatem; at verò ut regula, indicat relationem quandam, quæ ut est regula secunda, pèdet à prima; & ita fit, ut sit regula regulata; quo pacto relatio mobilis antecedit relationem secundi mouentis, quod prius est mobile, quàm mouens. Et confirmatur, quia iuxta doctrinam S. Thom. art. 3.

Primum ex S. Thom.

Secundum ex Aristot.

2. Ad hoc ex Aristot. commentarius Caietani.

Refutatur 1. ex S. Thom.

Refutatur 2. quod ait verum esse conditionem obiecti intellectus.

Obiectio.

Responsio. Esse regulatum à regula prima est conditio non obiecti, sed regulæ, seu mensuræ secundæ. Declaratur.

Confirmatur refutatio ex S. Thom. art. 3.

Refutatur 3.
Obiectū materiale, quod appetitur formaliter, est ens: Ratio formalis appetendi est res vt actu existens, vel ut existat.

Relatio boni vtpote nō realis, non est ratio appetendi. Verum, & bonum quod intelligitur, & appetitur sunt res prout Deo obiecte in actu exercito, & cōformes.

S. Thom.
Verum sub ratione veri sequitur cognitionem nostrā cōparantē ens cum intellectu diuino, sic bonum, &c.

3.
Ad veram explanationē notandum
ex S. Thom.

1. explicatio vera.

art. 3. ad 3. verum assequitur, siue consequitur apprehensionem obiecti; ergo non est conditio obiecti, siquidem obiectum antecedit potentiam. Præterea, quicquid sit de istis dicendum, profectō similia asserenda sunt de bono: id enim quod appetitur formaliter, est ens; & ratio formalis appetendi est res vt actu existens, siue etiam vt existat; bonum autem nihil addit, nisi relationem non realem, quæ non est ratio appetendi. Et eodem modo, vt hæc bona sint regula voluntatis creatæ, necesse est, vt sint regulata diuina voluntate; & illud esse regulatum erit conditio non obiecti, sed regulæ secundæ: vel potius id, quod est egregiè dictum, asserendum est tam verum, quàm bonum in operatione intellectus, & voluntatis indicare relationes exercitas in obiectis; quia res sunt veræ, prout intelliguntur diuino intellectu practico, & sunt bonæ, quatenus diliguntur diuina voluntate: res enim emanantes à diuino intellectu, & voluntate intelligimus naturali modo intelligendi cum relationibus veri, & boni; & hoc est quod docet S. Thom. q. 16. art. 3. ad 3. verum non esse id, quod cognoscitur, quod est ens, sed sequi apprehensionem entis; quatenus ens cōparamus cum intellectu diuino; quam comparationem nostræ cognitionis sequitur ratio veri: & vt cōparamus ens cum voluntate diuina, sequitur ratio boni. Verum est, quod vtraque relatio sequitur apprehensionem intellectus, & non voluntatis operationem; quia sunt relationes mente conceptæ, quas non voluntas, sed ratio meditat.

Post hæc considerandum est id, quod docet S. Tho. q. 21. de verit. art. 1. quod cum verum pertineat ad intellectū, bonum autem ad voluntatem, intelligens non perficitur per verum, nisi secundū esse intelligibile; appetens verò perficitur per bonum secundum esse naturale: quia ipsum esse rei naturalis appetimus, verbi gratia, sanitatem, diuitias; per intellectum verò sola similitudo expetitur cum re intellecta: & idcirco dicitur verum perficere secundum secundum similitudinem, & secundum esse intelligibile; bonum verò secundum esse realis existentia, & secundum esse naturale. Ex quibus consequitur primus cōmentarius Aristotelici placiti, quod ve-

rum est in intellectu, & bonū in rebus: nam verū dicitur esse in intellectu, quia perficit secundum esse intelligibile, quod est in intellectu; bonum autem dicitur esse in rebus, quia perficit secundum esse naturale, quod est in rebus. Ita commentatur S. Thom. eo loco.

Atquæ contra hoc duo obijciuntur. Primum, quod si verum, & bonum considerentur, vt perficiunt intellectum, & voluntatem, vtrumque perficit secundū esse intentionale, scilicet verum per similitudinem, & bonum per esse quoddā diligibile, quod est amor, vt admonuimus; & ita nulla in his differentia agnoscitur. Secundum, quia verum, quod est obiectum, non perficit aut intellectum, aut intelligentem, si propriè loquendū sit; sed perfectio intellectus est similitudo veri, sicut perfectio voluntatis est impetus in bonum, qui est amor; neque etiam in hoc apparet dissimilitudo.

Ad primum respondendum est, quod intellectus, & voluntas sunt potentia totius operantis, quod est intelligens, & volens; & ita ad differentiam potentiarum pertinet, quod is, qui est his potentijs præditus, diuersimodè perficiatur per illas: licet ergo ipsæ potentia perficiantur per verum, & bonum similiter, secundum esse intentionale, vt arguendo probatur; attamen is, qui est potentijs his ornatus, diuerso modo per eas perficitur; quia per intellectum assequitur solam similitudinem entis; per voluntatem verò assequitur ipsum ens, nō solum secundum esse diligibile, quod est in voluntate, sed etiam secundū esse naturale, quod est in rebus: neque enim homo duntaxat per dilectionē, & amorem procedentem habet bonum in sola voluntate, sed per hæc vltro mouetur ad bonum naturæ assequendum, v. g. sanitatem, aut diuitias.

Ad secundum respondetur, quod verum, & bonum non perficiunt has potentias operatione aliqua; sed quia potentia ordinantur ad hæc obiecta, & perfectio potentia attenditur secundū quod in obiectum ordinatur; idcirco dicitur ipsum obiectum perficere potentiam: Quare & id, quod est habens potentiam, eodem modo per obiectum perficitur; quia igitur is, qui intelligit, per intellectum ordinatur ad verum, secundum solam similitudinem intellectus, verū dicitur

Verum in intellectu, quia perficit secundum esse intelligibile: Bonum in rebus, quia perficit secundum esse naturale, S. Thom.

4.
1. Obiectio.

Secunda.

5.
Ad primam.

Ipsæ potentia perficiuntur per verum, & bonum, similiter secundum esse intentionale: Substantia præditæ potentijs diuersimodè, quod etiam ad potentiarū differentiam pertinet.

6.
Ad secundam.

Potentia perfectio attenditur secundum quod in obiectum ordinatur: ideo dicitur ab obiecto perfici

Intelligens, & appetens diuersimodè per potentias ordinatur in verum, & bonum, vt supra.

Assertū Arist. intelligitur in rebus creatis.

matas per em, &c

S. Thom.

Voluntas diuina solum secundum esse diligibile comparatur cum essentia dilecta.

Ad 2. explic. prænnotandū.

Esse diligibile est amor procedens. Esse intelligibile, species, aut verbum.

Explicatio proponitur.

citur perficere intelligentem secundum quod in intellectu est. Et quia is qui appetit, per potentiam appetitus ordinatur, non solum ad hoc vt appetat; sed vltra adhuc, vt appetendo moueatur ad bonum motu physico, vt re ipsa assequatur bonum naturæ, verbi gratia, sanitatem, aut diuitias, ideo perfectio appetentis dicitur esse in rebus expetitis, quia ad ipsas res naturales consequendas ordinatur appetens per potentiam, & operationem. Hoc autem assertum Philosophi intelligitur in rebus creatis; ex appetitione enim precedente mouetur ad sanitatem re ipsa consequendam. Hoc itaque modo, bonum esse in rebus intelligitur in ijs, quibus est finis, vt S. Thomas ibidem indicat: voluntas enim diuina solum secundum esse diligibile comparatur cum essentia dilecta; sed cum rebus creatis comparatur etiam secundum esse naturale, quo illæ procedunt à diuina voluntate; quia Deus vult res esse extra suam voluntatem secundum naturale esse rerum: non tamen voluntas diuina ordinatur ad illa. Hæc igitur est prima, ac præcipua declaratio propositi dubij.

Aliam quoque expositionem poterimus eruere ex ijs, quæ lib. 2. docuimus. Aduertendum enim est ad rem istam elucidandam, res, quæ diliguntur, esse in appetitu secundum esse diligibile, quod est amor procedens; sicut res intellectæ sunt in intellectu secundum esse intelligibile, quod est verbum: sed tamen ante operationem vtriusque potentia, res intellectæ sunt in intellectu per speciem impressam, res autem dilectæ non sunt in voluntate; quia non coniunguntur vnitæ aliqua reali in voluntate, sed duntaxat proponuntur per intellectum. Est ergo verum in intellectu, & bonum in rebus, quatenus sunt obiecta nostro modo intelligendi antecedentia operationem potentia: nam verum per impressam similitudinem est in intellectu, antequam percipiatur; bonum autem non est in voluntate, ante operationem eius, sed est in rebus, & vt est in rebus proponitur voluntati: ratio enim, siue causa appetendi ex parte obiecti, est ipsa rei existentia. Habemus ergo alteram differentiam notissimam ex parte obiecti,

A secundum quod obiectum mouet potentiam: intellectus enim mouetur ad intelligendum ex eo, quod habet verum in se ipso, quasi conceptum per speciem impressam; voluntas verò non mouetur ex eo, quod habeat bonum sibi coniunctum, etiam secundum esse diligibile; quia nihil tale antecedit operationem eius, vt docuimus lib. 2. Sed mouetur à re, appetendo ipsum esse rei; & illud esse rei naturale est ratio causæ finalis, à qua voluntas pendet, & ita bonum est in rebus. Quod discrimen etiam in intellectu, & voluntate diuina cernitur; quia intellectus, quasi per speciem impressam intellectionem profert nostro modo intelligendi, voluntas autem non sic, sed propenditur ad bonum, prout est in se ipso: quia licet ibi non sit causa finalis, ipsa tamen existentia naturalis boni, quod est diuina essentia, est obiectum mouens voluntatem nostro more intelligendi. Et hic commentarius consentit cum illo proloquio tritissimo, quod intellectus fertur ad verum, prout est in intellectu, & voluntas ad bonum, prout est in re ipsa. Est ergo verum in intellectu, & bonum in rebus.

C Tertia est ratio soluendi nodum hunc, quod veritas præcipue dicitur ea conformitas, quæ est intellectus conformati cum re ipsa, vt mensuratum cum mensura; conformitas verò rei cum intellectu practico minus principaliter veritas dicitur. At verò bonum præcipue dicitur res ipsa comparata cum voluntate; & voluntas comparata cum re ipsa dicitur minus principaliter bona. Quod S. Thomas significauit, cum dixit, verum ab intellectu deriuari ad res, bonum autem à rebus deriuari ad voluntatem, scilicet traducto nomine à principali significato ad aliud significatum minus principale: & hoc bonum, quod est in rebus Aristot. definit, *Bonum est, quod omnia appetunt.* Quo fit, vt iudicantes hæc per id, quod est in vtroque præcipuum significatum, rectè dicamus verum esse in intellectu, & bonum in rebus; etsi minus præcipue sit quoque verum in rebus formaliter, & bonum in voluntate formaliter.

Hoc igitur ipsum penetrandum est, quod fuit

EEc

Ante operationem vtriusque potentia est verum in intellectu secundum esse intelligibile per speciem impressam. Bonum nõ sic in voluntate etiam secundum esse diligibile, sed est in rebus secundum esse naturale mouens finaliter. Idem discrimen in intellectu, & voluntate diuina cum proportione.

Proloquium;

3. Explicatio, quod verum dicitur præcipue de conformitate intellectus cum re, bonum præcipue de conformitate rei cum voluntate.

S. Thom.

Arist.

Minus præcipue est quoque verum in rebus formaliter, & bonum in voluntate formaliter.

Dubium.

fuit prius dubium propositum; quare A
verum de veritate intellectus dicatur
præcipue, & bonum præcipue de boni-
tate rerum? Ad hoc potest responderi,

Responſio quæ-
dam.

quod verum ante operationem intelle-
ctus nullum est, cum verum sit quædam
relatio mente concepta; at verò ante
operationem voluntatis intelligitur bo-
num in rebus cum voluntate collatum;

Refutatur,

& ideò significatur prius bonum in re-
bus, quàm in voluntate. Responſio ta-
men ista non satisfacit; nam etſi opera-
tio intellectus antecedit voluntatis o-
perationem, & in illa antecedentia cõ-
ferat rem cum voluntate; alterutri po-
tuit nomen boni principaliter esse indi-
tum, vel rei appetibili, vel voluntati ap-
petenti. Dicendum igitur esse videtur,

Resolutio.

quod ens naturale ordine cognitionis
antecedit ens intentionale: verum au-
tem duntaxat indicat esse intentionale,
vt docuimus; quare principaliter con-
uenit intellectui: bonum autem indi-
cat esse intentionale, quod est in volun-
tate; & esse naturale, quod est ratio ap-
petendi. Ideo principaliter institutum
est ad significandum bonum, quod est
in rebus secundum esse naturale, quod
est ratio boni, vt mouet appetitum;

Verum dunta-
xat indicat ef-
ſe intentionale.

Bonũ indicat
eſſe intention-
nale, & præci-
pue eſſe natu-
rale, quod eſt ra-
tio appetendi.

Ad alias ra-
tiones ſupra.

IO.
Coroll.
Bonum eſt ens
inquãtum exi-
ſtens.

quàm ad indicandum bonum in volun-
tate secundum esse intentionale. Et cæ-
teræ rationes, quibus explicauimus ve-
rum esse in intellectu, bonum in rebus,
ad hoc etiam iuuant, vt verum princi-
paliter dicatur de intellectu, bonum au-
tem principaliter de rebus.

Verum eſt ens
præciſe.

S. Thom.

Ex quibus tandem colligitur, quod
bonum non est ens absolute, sed ens in-
quantum existens; quia ipsa existentia
est ratio formalis mouens appetitum:
verum autem est quidditas rei, quæ etſi
exiſtat, non mouet intellectum vt exi-
ſtens, ſed vt eſt ſimplex ens. Et idcirco
S. Thomas q. 5. ſæpius repetit bo-
num eſſe idem, quod perfectum; per-
fectum enim eſt ens in actu, vt do-
cuiſus. Et Thomas Caietanus q. 82.
art. 3. ait ea ratione obiectum intel-
lectus eſſe magis ſimplex, quia ve-
rum eſt quidditas rei; bonum au-
tem eſt quidditas cum exiſtentia con-
iuncta: quia etſi obiectum voluntatis
ſit ens, ratio tamen obiecti eſt exi-
ſtentia.

Caiet. in cõ-
ment. q. 82. a. 3.
ait ob eã ratio-
nem obiectum
intellectus eſſe
ſimplicius.

Approbatuſ ra-
tio Caiet.

Et verè quidem Caiet. & consenta-
neè ad doctrinam S. Thom. q. 5. vt di-

cebamus. Sed non is eſt rectus com-
mentarius verborum S. Thomæ in art.
illo 3. q. 82. ait enim Doctor Sanctus
eo loco, quod ratio boni eſt obiectum
intellectus; quod ſi ratio boni eſt ipſa
exiſtentia, erit etiam exiſtentia obie-
ctum intellectus, & non ſola quiddi-
tas rei, quod eſt contra Caietanum
eodem loco. Aduertendum igitur eſt
bonum diuidi in id, quod eſt bonum
absolute, & id quod eſt bonum alteri:
bonum primo modo eſt ſanum, cuius
bonum, ſiue bonitas eſt ſanitas; ſanitas
ergò, quæ eſt ratio boni, eſt obiectum
intellectus, ad quod non pertinet, quod
ſanitas coniungatur cum animante; ob-
iectum verò voluntatis eſt ſanum, hoc
eſt, ſanitas coniuncta cum ipſo appe-
tente. Et in hoc etiam indicatur, quod
obiectum intellectus ſit magis ſimplex:
Quod etiam in diuina voluntate poſſu-
mus conſiderare: quidditas enim diui-
na vt ſic, eſt obiectum intellectus; at
verò obiectum voluntatis eſt quidditas
ipſa, vt coniuncta ſecundum eſſe na-
turale cum ipſo appetente; nam vt ſic
eſt obiectum dilectionis, & fruitionis.
Doctrina autem eadem ſic explicata à
Sancto Doctore illo in loco, probè et-
iam explanatur à Caietano diuerſo il-
lo dicendi modo, ſcilicet, quod quid-
ditas præciſa eſt obiectum intellectus;
obiectum autem voluntatis eſt quiddi-
tas cum exiſtentia coniuncta: nam etſi
quidditas exiſtens poſſit eſſe res cog-
nita, hoc non pertinet ad rationem
obiecti intellectus; pertinet autem ad
obiectum voluntatis, quod mouet ſe-
cundum eſſe, hoc eſt, ſecundum exiſten-
tiam. Et vtroque modo declaratur pro-
pria ratio obiecti voluntatis. Sed do-
ctrina S. Thomæ argutior eſt, & ma-
gis explicat appetitus, & rationis dif-
crimen.

Vt autem nos ipſos reuocemus à
longiori diſputatione, colligimus in
hoc rectè comparari verum, & bonum,
quod vtrumque dicitur prout eſt con-
forme diuino intellectui, & voluntati:
& in hac eadem acceptione eſt vtrum-
que paſſio entis. Vnde cum Ariſtot.
definit bonum eſſe, quod omnia appe-
tunt, definit bonum per appetibile,
quod eſt poſterior, vt S. Thom. notauiſ
1. Ethic. Bonum autem, vt eſt paſſio
entis, ſi rectè definiatur, ad diuinam
volunta-

Impugnatur
cõmentatio vt
diſſona illi tex-
tui.

Aduert.

Ratio
S. Thom.
Sanitas v. c.
quæ eſt ratio
boni, eſt obie-
ctum
luratis, hoc eſt,
ſanitas coniu-
cta cū ipſo ap-
petente.

Idem in Deo
conſiderabile.

Conuenientia
vtriuſque ra-
tionis.

Ad impugna-
tionem prout
eſt contra ra-
tionem Caiet.

Quidditas li-
cèt exiſtat, nõ
mouet intelle-
ctũ vt exiſtens,
voluntate ma-
ximè.

Ratio S. Th.
argutior, &
melior.
12.

Ariſtot.
definit bonum
per appetibile
quod eſt poſte-
rius.

voluntatem referendum est, relatione quadam conformitatis, quæ non sit propriè relatio mensurabilis, vt dictum est. De bono, quod est proprium voluntati dicemus tom.2.

TERTIA PARS.

Quid sit bonitas increata?

1.

Diuina bonitas est conformitas per identitatem, &c.

2.

Ad proloquium ex S. Thom.

1. Interpretatio Caietani.

Hic ait, per essentiam, vno sensu refertur ad subiectum, alio ad prædicatū.

Exemplum.

3.

Reijcitur quoad rem dialecticam.

Adiectiones quæ per aduerbia declarantur ad verbum, seu prædicatū pertinent, vt modi illorum.

Reliquum est, vt de bonitate increata coaptemus similia ijs, quæ de veritate prima disputauimus. Est enim diuina bonitas ipsa conformitas per identitatem diuinæ essentiæ cum diuina voluntate.

Explicandum est autem id, quod docet S. Thom. q.6. art.3. & alijs in locis, quod solus Deus sit bonus per essentiã. Thom. Caiet. commentatur hæc verba duplici sensu, scilicet vt, per essentiam, referatur ad subiectum, vel ad prædicatum. Si cum subiecto copuletur, indicari ait Deum non per accidentia adiecta, sed per ipsam essentiam esse bonum. Si verò cum prædicato connectatur, significari Deum bonum per essentiam, quasi dicamus Deum esse ipsum totum bonum, & non participatione bonum: neque enim hæc idem sunt, sed diuersa. Nam Petrus, qui per essentiam ex parte subiecti est homo, quia esse hominem est essentia Petri; non est homo per essentiam ex parte prædicati, quasi contineat totam naturam humanam, cuius naturæ Petrus est particula. Deus autem nõ pars boni, sed totum bonum. Bonum autem per essentiam docet Caiet. vtroque sensu esse proprium Dei: nam quia bonum includit existentiam; sicut solus Deus per essentiam existit, ita & solus Deus per essentiã est bonus. Quod autem solus Deus sit ipsum totum bonum, non participatione, ab omni dubio vacat.

Hanc interpretationem Caiet. quoad omnia maximè approbamus. Sed in re dialecticã non videtur probè dictum, quod illa adiectio, per essentiam, coniungatur cum subiecto. Nam hæc adiectiones, quæ per aduerbia declarantur, ad prædicatum pertinent; quia sunt, aut verbi, aut prædicati, quidam modi: idè enim significamus dicentes, per essentiam, & essentialiter, cum diligen-

Atia, & diligenter. Agnoscimus tamen duplicem sensum cum Caietano in illa propositione, Deus est per essentiam bonus, ex parte prædicati; si coniungatur cum verbo, aut cum prædicato: nam cum Verbo indicat causam conuenientia, scilicet, quod Deo per essentiam suam conueniat bonum; verbo enim indicatur conuenientia extremorum. Si verò coniungatur cum prædicato, significat bonum non participatione; vel significat non hoc, vel illud bonum, sed etiam essentiam boni. Sed parui momenti est res ista: opinio autem Caiet. maximè placet.

B

Explicatione tamen priori notat S. Thom. quod bonum dicitur perfectum: perfectum autem quid dicitur, aut secundum esse; aut secundum accidentia, & operationem; aut secundum finem operationis, quod est vltimum. Et omnibus his modis perfectum, siue bonum per essentiam, est proprium Deitatis attributum.

C

Hæc S. Thomæ sententia aliqua ex parte improbat a quibusdam, scilicet quod opinetur S. Thom. bonum, quod idem est atque perfectum, dici id solum, quod existit: nam & res non existentes esse bonas aiunt, & per essentiam bonas; sicut & per essentiam sunt entia: bonum enim cum ente conuertitur. Præterea, quia etiam in rebus creatis essentia, & existentia sunt idem; quare & res creatæ per essentiam existunt, & bonæ sunt. Credunt etiam res non existentes amari à Deo, quæ non amarentur, nisi essent bonæ. Denique ipsam essentiam creatam esse integram ex suis partibus, saltem compositione rationis constantem; integrum autem, & bonum idem esse. Alijs ergo modis solum Deum esse aiunt per essentiam bonum, scilicet bonitate, quæ aduenit per accidentia, operationem, & finem; quæ in solo Deo sunt ipsa essentia. Et adhuc solum Deum esse bonum per essentiam; si verbo, est, significatur existentia: si verò verbo, est, designetur sola connexio extremorum, etiam res creatas esse bonas per essentias suas, cum essentiæ bonæ sint.

D

Hoc autem est caput questionis istius, quomodo bonum dicatur de solis existentibus (est enim bonum vnumquodque secundum quod existit)

Approbat quoad duplicem sensum ly per essentiam.

Cum verbo, in dicat causa conuenientia:

Cum prædicato, bonum non participatione, vel essentia boni.

4. Adnotatio S. Thom. Tres modi quibus solus Deus est bonus per essentiam.

5. Primus improbat a Vasqu. disp. 24. significans bonum dici id solum quod existit. 1. ratio Vasqu.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Duo modi Vasqu. quibus solus D. &c. Primus. Secundus.

7. Caput presentis questionis

& tamen sit passio entis; cum tamē nomine entis etiam non existentia comprehendamus.

7.
1. Aduert.

Ens inconceptu cōmuni neque simpliciter, neque secundum quid consideratur, sed absolute.

8.
2. Aduert,

Antichristus simpliciter dicitur ens abstractione formali, non considerando quod est in potentia.

9.
Non tamē simpliciter dicitur verum, aut bonum, sed secundum quid.

Hæ passiones sunt minus abstractæ ab esse extra causam.

Caietanus.
Ratio.

Aduertendum est autem, quod in conceptu communi, & abstracto conueniunt multa, de quibus id quod est commune non dicitur simpliciter, sed secundum quid; id autem quod est cōmune, communi illo conceptu, neque simpliciter, neque secundum quid consideratur, sed absolute; vt ens, quod de substantia dicitur simpliciter, de accidente secundum quid.

Adhuc considerandum est, quod ens dicitur de ente in potentia secundum quid, de ente verò in actu simpliciter dicitur; sed abstractione quadam intellectus, de ipso ente in potentia, non considerando quod est in potentia, dicitur simpliciter quod sit ens, vt Antichristum dicimus esse quoddam ens, sicut dicimus Antichristum esse hominem, & substantiam. Passiones igitur entis eodem modo dicuntur de omni ente, siue in actu, siue in potentia; & similiter de ente in actu dicuntur simpliciter, de ente verò in potentia dicuntur secundum quid.

Hæ tamen duæ passiones entis, verum, & bonum, quia addunt enti conformitatem ad diuinum intellectum, & voluntatem, sunt minus abstractæ abstractione formali; quia indicant rem extrâ causam; & ideo non dicuntur simpliciter de ijs, quæ non existunt, sed secundum quid; verbi gratia, simpliciter dicimus Antichristum esse ens quoddam; quia nomine Antichristi non significatur, quod sit ens in potentia, & nomine entis non significatur, quod sit ens in actu; sed non dicimus Antichristum esse ens verum, aut ens bonum, nisi secundum quid, scilicet verum in potentia, & bonum in potentia. Quæ est sententia Caiet. eodem loco. Ratio autem præstò est; quia etsi nomine Antichristi non significetur, quod sit ens in potentia: nominibus tamen veri, & boni indicatur, quod sit ens extra causam, scilicet, conforme cum intellectu, & voluntate diuina; nisi sit ipsum primum ens, quod per identitatem est verum, & bonum. Et propter hanc relationem indicatam nomine veri, aut boni aduertit animus, & recusamus dicere Antichristum verum, aut bonum, nisi ex-

plicemus in potentia verum, aut bonum. Et hoc comprobatur communi hominum sermone, & sensu; neque enim dicimus bona poma, quæ adhuc non sunt in arbore, aut vera poma, quæ nulla existunt. De bonis autem pomis nonnunquam disputamus, vt de futuris, aut possibilibus.

Neque est aliquid absurdi, quod de eo, de quo dicitur ens simpliciter, dicantur passiones entis secundum quid; quia in passionibus entis est conceptus minus abstractus, vt docuimus. Quare solus Deus est bonus per essentiam simpliciter, & absolute; res autem non existentes sunt per suas essentias bonæ secundum quid; scilicet quia considerantur, vt habentes essentias, quibus debitum est esse; in quo consistit ratio boni.

Altera explicatio est facilior, quod ratio quidem boni sit existentia; sed ordo ad existentiam satis est, vt aliquid dicatur bonum simpliciter: quare res non existentes sunt simpliciter bonæ, vt aptæ sunt existere potestate causæ, quod lib. 4. declarabimus. Sed adhuc solus Deus est per essentiam bonus; ita vt per essentiam, significet causam existentiam, in qua est ratio boni: solus ergo Deus est per essentiam bonus, quia solus per suam essentiam tanquã per causam existit, cui nulla est causa existendi. Creature autem etsi sint bonæ, quia existunt, siue quia sunt aptæ existere; tamen neque existentiam, neque aptitudinem ad existendum habent ab essentia sua, vt à causa. In sensu ergo causali solus Deus per essentiam existit, & bonus est. Quod etiam ijs, qui putant essentiam creatam non distingui ab existentia, confitendum est: cum Catholicè doceant existere res creatas per causam primam, & non per suas essentias, vt causam. Prior tamē explicatio magis probatur, quia existimamus res non existentes, etsi dicantur simpliciter entia, non dici vera, & bona, nisi secundum quid.

Occurrit tamen adhuc dubium; nam essentia creata prius naturâ producitur extra causas, quàm existat, vt lib. 5. docuimus; essentia ergo producta, iam erit vera, & bona per essentiam, siquidē est conformis intellectui, & voluntati diuinæ. Respondetur negando consequentiam, quia existentia est terminus productionis,

10.

Cōsectarium.
Solutus Deus est bonus per essentiam simpliciter, & absolute.
Creatura per essentiam bonam secundum quid tantum.

11.

2. Interpretatio facilior.
In ea res non existentes sunt simpliciter bonæ.

Solutus Deus per essentiam existit & est bonus, in sensu causali.

Prior interpretatio præfertur.

12.

Obiectio contra illam.

Respons.

Essentia produ-
eta extra cau-
sas ante existē-
tiam, est cōfor-
mis quasi in
via, & in fieri.

13.

Ad rationem
Vasq.

Ad secundam.

Ad tertiam.

Ad quartam.

14.

In 2. modo su-
pra adducto
Vasq. sibi re-
pugnans ostē-
ditur.

Creatura in
nullo sēsu per
essentiā bonā,
nisi secundum
quid.

S. Thom.

S. Anselm.

S. August.

tionis, & complementum diuinæ artis; A
& ita secundum esse conformantur res
intellectui, & voluntati diuinæ: essen-
tia verò extra causas est cōformis quasi
in via, & in fieri, vt aiunt. Verum ergò,
& bonum simpliciter est, quod existit.

Quæ autem obijciebantur, facilè re-
fringuntur. Explicauimus enim, quo
modo passiones entis conuertantur
cum ente, non tamen de omni ente di-
cantur simpliciter. Quòd autem aiunt
rebus creatis essentiam, & existentiam
esse idem, falsum existimamus, vt dice-
mus lib. 4. Et illud alterum, quòd res
non existentes amentur à Deo, reieci- B
mus lib. 2. Et hac disputatione osten-
dimus bonum non esse idem, quod in-
tegrum; neque perfectum dicitur quòd
non existit; perfectum enim, & bonum
idem esse dicimus, hoc est, æqualiter di-
ci, & conuerti.

Quòd autem aiunt Deum solum esse
per essentiam bonum, si verbum, est,
significet existentiam; dissentit ab ip-
sorum sententia, qui essentiam aiunt
non distingui ab existentia: consequens
enim est, vt & res creatæ per essentiam
existant bonæ; siquidem per essentiam
existunt, & per essentiam sunt bonæ. C
Creaturas autem esse bonas per essen-
tiam in nullo sensu iudico esse verum;
nisi dicantur bonæ secundum quid, sci-
licet quòd illis essentia sit, cui debitum
est esse, & bonum, quod in ipso esse si-
tum est. Quare doctrina S. Thomæ ma-
gis concordat cum Theologorum pro-
loquio, quòd solus Deus per essentiam
sit bonus. Et hoc idem sentit S. Ansel-
mon. cap. 1. *Illud (inquit) est summum
bonum, quod solum est per se bonum.*
Creaturæ ergo non sunt per se bonæ.
Et firmatur auctoritate S. August. Psal.
134. dicentis solum Deum esse se ipso
bonum, creaturas verò esse alio bono
bonas. Solus ergò Deus per essentiam,
per se, & se ipso est bonus.

QVARTA PARS.

Quid sit perfectum, & perfectio?

1.
Nomen perfe-
ctum à perfe-
ctione.

R

Eliquum est, vt de ratione perfecti
disseramus, quid sit perfectum,
quidve perfectio sit, elucidantes. Prin-
cipio igitur negandum non est, quòd
nomen hoc, perfectum, à perfectione

dicitur, & eam esse perfectionem, qua
aliquid perfectum est: idemque signifi-
cari per hæc nomina, modo significan-
di diuerso; quia alterum est abstractum,
alterum concretum. Si autem attenda-
tur nominis institutio, perfectum est qua-
si peractum, & perfectio est ipsa actio
perficiens: & ita perfectum opponitur
inchoato, quod nondum perfectum est,
& perfectio contraria est inchoationi.
Quia verò in operibus nostris ea dici-
mus perfecta, quibus adhibuimus vlti-
mam manum, ita vt nihil supersit effi-
ciendum, vsu loquentium deriuatum est
nomen ad significandum id, cui nihil de-
est: qua significatione perfectio quoque
est vltimus rei actus ad eius præstantiam,
& nobilitatem attinens. Ea quippè di-
cuntur deesse, quæ desiderantur; & rei
cuiuslibet illud deest, quod eius excellen-
tiam, & bonitatem auget, si adesset.
Perfectum ergo id est, cui nihil deest,
eorum scilicet, quæ rem nobilitant: per-
fectio autem est id, quod affert rei nobi-
litem, & præstantiam, quod ipsum præ-
stat habere; quod si non habeatur, desi-
deratur, & deest. Et hæc omnia perspi-
cua sunt ex ipso hominum sensu, & ani-
morum informatione. Est autem perfe-
ctio nomen æquiuocum, aliquando e-
nim significat actionem, qua aliquid per-
ficitur; aliquando materialiter (vt a-
iunt) significat rem ipsam, quam vo-
camus perfectionem; formaliter verò
necesse est, vt aliquid addat rebus
quæ dicuntur perfectiones, & illud
adiunctum quid sit, inuestigandum
est.

Illud autem per hæc dicta præsertim
probatum esse cupimus, non esse rei
perfectionem, nisi id, quod rei expedit,
& accommodatum est. Quamobrem A-
ristot. 5. Metaphysic. text. 21. ait me-
taphoricè dici bonum, aut perfectum
furem, quod refert S. Thom. 1. 2. q. 55.
art. 3. ad 1. nam in furto, quod homini
minimè conuenit, perfectio nulla est,
nisi per metaphoram, vt homo pictus
dicitur homo. Quod rectè quidem no-
tauit Michael Palat. in 1. d. 16. q. 2. di-
cens, perfectionem oportere esse ad na-
turam accommodatam. Calor igitur in
aqua non est perfectio aquæ, sed est sim-
pliciter imperfectio; est tamen perfectio
secundum aliquid, scilicet secundum ma-
teriā, quæ per omnem formam perficitur:

Significatio
horum nomi-
num ex prima
institutio-
ne.

Significatio ex
vsu loquentium.

Perfectum quid?

Perfectio quid?

1. Confectariū.
Perfectio est
quid cōueniēs
rei.

Aristot.

S. Thom.

Palat.

Calor in aqua
simpliciter im-
perfectio.

Omnisforma, aut operatio est secundū aliquid perfectio rei in qua est, ut furtum, calor, &c.

3. Confectariū valde notādū. Perfectio est quæ actu existit.

S. Thom.

4. Confectariū. Perfectum explicatur per negationem, sed non significat negationem. In ente nihil deesse, seu nihil non adesse, est omnia adesse.

5. Confectariū. Perfectum habet rationē vltimi.

S. Thom. Vltimum, & primum explicatur per negationes, sed significant relationes.

6. Confectariū. Perfectum sim

omnis ergò forma, aut operatio est secundū aliquid perfectio rei, in qua est; quia ipsum furtū, non ut peccatum est, sed ut est operatio ad obtinendas diuitias, est perfectio furis; & ita dicitur perfectus fur, qui valet peritia furandi, & complandi aliena.

Secundum consecrariū est, quod perfectio dicitur ea, quæ actu existit: quæ enim non existit, deest: perfectum autem est, cui nihil deest. Quare necesse omnino est ad rationem formalem perfectionis, quod actu insit: scientia ergo, quam possum habere, non est perfectio; quia nondum in me est: & scientia in potentia non est perfectio; bene tamen potentia ad sciendum iam existens, scilicet intellectus, quem possum imbuere scientia, perfectio mea est. Et hoc docet S. Thomas 1. p. q. 4. art. 1. ad 1. & art. 2. clarius, videlicet quod nulla sit perfectio, nisi secundum existētiam, quod est valde obseruandum.

Tertium est, quod licet perfectum explicetur per negationē, eò quod perfectio nihil deest; non tamen significat negationem: nam verbum deesse idem est, ac non adesse: nihil autem non adesse, est omnia adesse; sicut non esse cæcum est esse videntem in animante: ita & in ente nihil deesse, omnia adesse significat. Et hæc fuit causa nonnullis existimandi aliquas perfectiones solam negationem significare; quas perfectiones dicunt transcendentis, de quibus postea commodius poterimus disputare.

Quarto loco colligimus perfectionē significare id, quod est vltimum; id enim dicitur perfectum, cui nihil deest, cui scilicet nihil deest, quod adijci oporteat, ita ut non procedat vltra. Id autem est vltimum, quo nihil est vltius; nam si adhuc vltra procedit, non est perfectum, sed imperfectum, siue inchoatum. Et idcirco S. Thom. docet, quod perfectum habet rationem vltimi; vltimum autem, etsi explicetur per negationem, scilicet quo nihil est vltius, significat tamen formaliter relationem vltimi ad priora; sicut primum explicatur per negationē, quo nihil est prius, significatque respectum ad posteriora. Igitur in definitione perfectionis formaliter non est vlla negatio.

Postremum est hoc, quod sequitur, perfectum simpliciter id esse, cui nihil

A deest eorum, quæ ex omni parte ad rei præstantiam exiguntur: at verò ex parte quadam, & secundum aliquid perfectum id est, cui saltem esse non deest; id videlicet quod existit, perfectum dicitur utcumque: ut improbus homo perfectus est, quoad esse humanum, quia constat anima, & corpore; & minimus calor perfectus est, quoad esse, quia utcumque est calor: non tamen absolute, ac simpliciter homo improbus homo perfectus est, neque minimus calor perfectus calor, ut liquet. Hinc oritur distinctio illa apud S. Thom. frequens, quod forma substantialis est prima perfectio, operatio autem, & finis est perfectio secunda: quia forma substantialis dat esse essentiale, operatio autem, & finis esse accidentale; neque tamen forma substantialis est prima perfectio, hoc est, maxima, sed est ordine prima.

Quare monitos nos esse opus est, id quod est simpliciter perfectum in rebus creatis non esse, ut sic, simpliciter ens: est enim homo simpliciter perfectus per accidentia, quibus non est simpliciter ens, sed vel est quantus, vel qualis, vel relatus; homo enim per humanitatem est ens, & existit; per musicam autem non est ens, sed musicus, quod est esse secundum aliquid; neque enim existit per musicam, sed existit musicus. Est ergo essentia prima perfectio, & accidens secunda perfectio.

Perfectum autem simpliciter adhuc pluribus modis accipitur; perfectum enim est, cui nihil deest, scilicet eorum, quæ rei cōueniunt. Et quoniā res creatæ definitæ sunt, omnia conueniunt rebus creatis in quadam commensuratione; suis enim terminis, & finibus determinata est perfectio rerū iuxta id, quod docet S. August. lib. de natura boni cap. 3. omnia condita esse secundum modū, speciem, & ordinem; modus est in principijs, & causis rerum, quæ definita sunt: species æstimatur ex forma, quæ dat esse speciei: ordo est ad finem per instrumenta, ac media necessaria. Et hoc idē interpretamur ex illo loco Sapient. 11. Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti. In mensura, scilicet in principijs, & causis definitis: in numero, scilicet in specie, quæ est quasi numerus; quia quicquid additur, mutatur species: in pondere, scilicet

plicitèr est, cui nihil deest eorum, &c. Perfectum secundū aliquid est, cui saltem esse non deest. Explicatur exemplis.

S. Thom. Formal substantialis non est prima perfectio, hoc est, maxima, sed est ordine prima.

7. Perfectū simpliciter in rebus creatis non est ut sic, simpliciter ens, sed est secundum accidens.

8.

S. August. Perfectio rerū creatarum finita est suo modo, specie, & ordine.

Sapient. Explicatur.

in

In hoc sensu, substantia perfecta.

Quoddam accidens perfectum;

9. Perfecti simpliciter prima diuisio. Aliud in genere suo, aliud etiã extra genus suum.

Arist.

Comet. apud S. Thom.

S. Dionys.

Secunda. Aliud secundum speciem, aliud accidens speciei.

Tertia. Aliud secundum statum suum, aliud absq; adiectione, aut conditione status. S. Thom.

in ordine ad finem. Dum igitur dicimus substantiam perfectam, intelligimus nihil illi deesse, neque principiorum, quibus constat, neque accidentium, quibus destinatur in finem; & ita est perfecta, non solum secundum formam, quæ dat speciem, sed etiam secundum extranea, vt accidentia, & causas. Quoddam autem accidens eodem modo perfectum dicimus; vt perfectam sapientiam, cui neque desunt principia necessaria, neq; cætera extrã essentiam sapientiæ, quæ quasi accidunt, vt quod sit circa plurima, quod sit maximè euidens.

Est igitur perfectum simpliciter multiplex, & varium; aliud enim est perfectum in genere suo, vt perfectus homo, cui nihil deest ad humanitatis ornamentum; aliud verò perfectum etiã extra genus, vt Deus Beatissimus, cui nihil deest, quia in eo sunt omnes perfectiones, & singulæ sunt infinitæ. Ad quod pertinet Arist. sententia 5. Metaph. text. 12. perfectum simpliciter id esse, in quo sunt omnes nobilitates repertæ in omnibus generibus. Et Commentator apud S. Thom. in 1. d. 2. q. 1. art. 2. affirmat illud perfectum esse Deum Optimum, quod indicauit S. Dionys. de diuinis nominib. cap. vlt. *Deus (inquit) dicitur perfectus, vt omnia in se comprehendens.* Deindè perfectum simpliciter, aliud est secundum speciem, aliud accidens speciei; vt homo perfectus, cui nihil deest, quod hominem deceat; Philosophus autè perfectus potest esse homo improbus. Est ergo homo perfectus secundum speciem suam, qualem Deus Adam condidit omni perfectione ornatum: est autem secundum accidens perfectus Philosophus, etiamsi sit homo improbus. Denique aliud est perfectum simpliciter secundum statum suum, & aliud absque adiectione, aut conditione status, perfectum; vt homo mortalis perfectus dicitur, qui comparauit virtutes purgati animi, vt ait S. Thom. 1. 2. q. 61. ar. 5. in quo tamen sunt aliquæ imperfectiones: status autè huiusmodi omninò perfectus est; quia secundum conditionem hominis mortalis ornatissimus est, & nihil illi deest. At verò singuli angeli beati secundum speciem suam perfecti sunt absolutè; nam etsi quisque perfectior esse potuerit, quàm est, nihil tamen illi deest secundum modum, speciem, & ordinem à Deo Optimo præscriptum.

A Thom. Caiet. 1. p. q. 4. art. 1. docet id esse perfectum simpliciter, quod habet optimum modum entis. Id ergo, quod est in causa, imperfectum est; quia est in potentia: quod autem existit extra causam, iam actu est, & perfectum, quodam tenus modo, sed non simpliciter. Illud autem, quod potest producere aliud sibi simile, simpliciter perfectum est; quia hic modus entis optimus est, iuxta illud quod ait Aristot. lib. 4. Metaph. text. 19. perfectum id esse, quod potest aliud facere, quale ipsum est. Sed hæc explicatio perfecti non probatur, tum eò quod explicat perfectum per optimum; perfectum autem antecedit bonum, & optimum; & nihil oportet definiri per id, quod est posterius: tum quia posse producere aliud, non est modus entis, sed accidens, vt homini adulto aduenit potestas generandi, & non immutatur modus existentis in forma substantiali; in quibusdam verò potestas non distinguitur à forma, vt minimus calor potest producere simile, qui tamen non est perfectus: tum vel maximè, quia sunt quædam perfecta simpliciter, non propter operationem, quæ exerceant, sed quia sunt proxima fini; vt eximia pulchritudo perfecta est simpliciter, & tamè non potest producere aliã pulchritudinem. Aristot. autem non definit perfectum, sed ostendit quandam perfectionem eorum, quæ sunt perfecta, vt possint facere alia similia sui. Est ergo simpliciter perfectum, cui nihil deest secundum modum, speciem, & ordinem; scilicet secundum causas, formam, & finem; & ita pulchritudo excellens perfecta est, & minimus calor non est perfectus; licet pulchritudinis nulla sit operatio, & caloris minimi aliqua operatio sit.

Oportet autem aduertisse, non dici perfectum simpliciter id, quod habet aliquam perfectionem ex ijs, quæ dicuntur simpliciter perfectiones, de quibus disputauimus lib. 1. nam intellectus est perfectio simpliciter; homo autè intellectu præditus non est perfectus simpliciter, si alia desint. Quare non est argumentum à coniugatis, Petrus habet perfectionem simpliciter; ergo est perfectus simpliciter. Quia perfectum simpliciter non significat id, quod habet perfectionem aliquam ex illis, quæ dicuntur simpliciter; sed significat id, quod in sua specie habet omnes perfectiones.

10. Explicatio perfecti tradita à Caiet.

Arist.

Hæc explicatio refutatur 1. Perfectum an recedit bonum, & optimum.

Refutatur 2.

Tertiò,

4. & præcipud.

Ad Arist.

Vera explicatio perfecti.

11.

1. aduert. Perfectum simpliciter nõ significat habens perfectionem simpliciter. Ostenditur.

12.
2. aduert. ma-
ximè.

Existencia est
conditio perfe-
ctionis realis.
Conuenientia
est res ipsa per
modum vltimi.
Definitio per-
fectionis.

Explicatur ex
emplo princi-
prij.

13.
3. aduert.
Nominè per-
fectionis non
significatur re-
latio conueni-
entia, & vlti-
mi in recto,
sed in obliquo
Probatur 1.
ex S. Thom.

Secundò.

14.
Prior re-
latio signifi-
catur propter
nominis insti-
tutionem: po-
sterior prop-
ter etymolo-
giam.
Hæ inter se cõ-
nexæ sunt.

At verò ad finem huius cap. maximè A
obseruandum est, quòd cum perfectio
plura requirat, scilicèt existentiam, con-
uenientiam, & rationem vltimi; existen-
tia est quasi conditio perfectionis realis,
sine qua perfectio non est: conuenientia
videtur esse res ipsa per nomen signifi-
cata, non absolutè, sed per modum vlti-
mi. Perfectio ergo est res quæpiam exi-
stens rei, in qua est, probè conueniens,
non vt procedens ad aliud vltius, sed
potiùs vt vltimum. Sicut igitur princi-
pium designat relationem quãdam for-
malitèr, scilicèt eius à quo est aliud, sed
ab etymologia nominis indicat simul,
quòd illud sit primum, vt cum S. Thom. B
docuimus lib. 2. ita etiam perfectio sig-
nificat rem, siue formam conuenientem;
significat, inquam, formalitèr conueni-
entiam, sed ex nominis notatione, siue ety-
mologia indicat simul quid vltimū: per-
fectum enim, hoc est, peractum designat
vltimum. Itaque relatio vltimi est no-
mini adiuncta, nō formalitèr significata.

Adhuc verò aduertendum est, quòd
perfectio non significat cõuenientia re-
lationem in recto, & præcipuè est enim
perfectio ipsa forma, & actus perficiens,
vt S. Tho. docet 1. p. q. 4. & aliàs sapiùs;
nomina autem abstracta in recto, & præ- C
cipuè significant ea, pro quibus suppo-
nuntur: & idcirco si perfectio significa-
ret in recto relationem conuenientia,
ipsa relatio conuenientia esset forma cõ-
ueniens, quod est absurdum. Præterea
perfectum est id, quod habet perfectio-
nem; quòd si perfectio esset ipsa conue-
nientia, perfectum diceremus, quod ha-
bet conuenientiam, scilicèt, quod est cõ-
ueniens. Dicimus autem perfectum, non
quod est cõueniens, sed quod habet for-
mam conuenientem.

Ratio igitur nō persuadet modò, sed D
cogit confiteri, quòd nomen, perfectio,
significat in recto, & præcipuè rē ipsam,
siue formam conuenientem; & in obli-
quo indicat relationem conuenientia, &
relationem vltimi: illam priorem desig-
nat ex proprio nominis instituto; poste-
riorem verò relationem, scilicèt vltimi
indicat propter nominis etymologiam.
Est autem ista relatio cum illa cõiuncta,
quia forma (vt docuimus) non dicitur
perfectio, nisi secundum esse, quatenùs
existit; esse autem est vltimū cuique rei:
& ita perfectio est vltimū, & conueniēs.

Quòd si dicas relationē vltimi esse præ-
cipuam in definitione perfectionis. Oc-
currendum est: forma enim quæ non cõ-
uenit, habet rationem vltimi, quatenùs
existit; & tamen non est perfectio, quia
non conuenit: ergo ratio formalis per-
fectionis sita est in relatione conuenien-
tia; quæ est quãdam relatio rationis, vt
docuimus de natura boni differentes.

Ad hunc modum de ijs, quæ perfectio-
ni sunt similia, sentiendum. Excellentia
enim addit perfectioni relationem excel-
lentis, quæ est relatio cuiusdam ex-
cessus inter plura, si mensurentur: digni-
tas verò addit perfectioni similem quã-
piam relationem. Quocirca definitur à
S. Thom. in 3. d. 35. q. 1. art. 4. quæstion-
cula 1. quòd dignitas sit bonitas alicuius
propter seipsum: dignitas autem non est
idē, quod bonitas, sed antecedit; id enim
quod dignum, bonum est; est enim dignū
id, quod æstimabile est: rationis autem
est æstimare, & ponderare res; sed quia
dignum est propter se appetibile, defini-
tur per bonum, quod est appetibile. Hu-
iusmodi ergo nomina quouis modo va-
rientur in hoc sunt similia, quòd signifi-
cant rem aliquam conuenientem in re-
cto, & relationem conuenientia, siue ex-
cellentia in obliquo.

CAPVT VIII.

Argumenta refelluntur.

1. argum.
Aristot.
Idem.
Confirm.
Domi-
Q Vòd bonum non sit passio, siue af-
fectio entis, probatur primū, quia
sunt entia, quæ non sunt bona, vt mate-
ria prima, quæ non videtur posse nume-
rari inter bona; bonum enim est perfe-
ctum, vt docuimus; perfectum autem di-
citur ab actu, vt colligitur ex Arist. 2. de
Anima cap. 1. & 3. Phys. cap. 1. & 2. ma-
teria autē est pura potentia expers om-
nis actus; ergo non est bona. Entia quo-
que mathematica nō esse bona affirmat
Arist. 3. Metaph. cap. 2. Relationes etiã
diuinæ personales sunt res veræ, & tamē
non videntur esse bonæ; quia vna est di-
uina bonitas, & non tres bonitates; sunt
ergo entia, quæ non sunt bona: non est
igitur bonum enti adæquatum. Et con-
firmatur, quia sunt viceuersa quãdam
bona, quæ non sunt entia, esuries enim,
pauperesque sunt priuationes entis, &
entia non sunt; sunt tamen bona, dicere

Ratio forma-
lis & præcipua
perfectionis nō
est sita in rela-
tione vltimi;
sed in relatio-
ne conueni-
entia.
Ostenditur.

15.
Similiter ex-
plicatur excel-
lentia, digni-
tas, &c.

Dignitas
definitur à
S. Thom.

Nō definitur
per æstimabi-
le; sed per bo-
num, quod est
appetibile.

*Matt h. 5. Domino, Beati pauperes, Beati qui esu-
riunt: imò ipsum non esse est bonum, iuxta
verbum Domini de Iuda, cui bonum ef-
set non fuisse. Dignitates etiam humanæ
non sunt vera entia, & tamen sunt bona.
Et hæc omnia habent rationem finis, quæ
est ratio boni.*

2.
Argumēta
Heruæo.
Secundum.
Auctoritas
S. August.

Ratio 1.

Secunda.

Idem.

S. Dionys.

3.
Tertium.

Confirm.

4.
Quartum.

5.
Argumētapro
Sca.
Quintum.

Secundò probatur, quòd bonum sit
quid absolutum, quæ est sententia Her-
uæi. Nam auctoritate S. August. lib. 7. de
Trinit. cap. 5. bonum dicitur ad se; quod
autem ad se dicitur, est absolutum. Et
probatur ratione, quia Deus est per es-
sentiam bonus, non est autem per essen-
tiam relatus; ergo ratio formalis boni
est absoluta. Et hoc idem probatur; quia
bonitas Dei est causa rerum, dicente S.
August. lib. 1. de doctr. Christ. c. 32. quia
Deus bonus est, nos sumus. Et S. Diony-
sius lib. 1. de diuinis nominib. c. 4. bonum
esse ait diffusiuum sui: quod etiã ad cau-
sam pertinet: igitur si bonum diuinum for-
malitèr est relatio, quæ relatio boni in
Deo non potest esse realis, cum sit eius-
dem ad se ipsum, consequitur, vt à rela-
tionè rationis pendeat vniuersum, scili-
cèt à bonitate Dei.

Tertiò idem probatur, quia bonum
formalitèr est id, quod appetimus, & au-
dito nomine boni insita vi appetèdi ex-
citatur voluntas; id autem, quod forma-
litèr appetimus in rebus, sunt res ipsæ
absolutæ; at verò relationem etiam rea-
lem, ferè nullus appetit: ergo bonum for-
malitèr est absolutum. Et confirmatur,
quia bonitas rei est eius perfectio; per-
fectio autè præcipua absoluta est, & re-
latio vix est perfectio: ergo bonum est
quid absolutum, aut saltem abstractum ab
absoluto, & relato.

Quartò: Malum est priuatio boni, vt
constat; sed non est priuatio relationis;
ergo bonum formalitèr non est relatiuum,
sed absolutum quid.

Quinto argumēto comprobatur opi-
nio alia, quòd bonum, si quam relationē
indicat, non ad appetitum refertur. Nam
bonum dicitur relatiuè ad id, cuius est
bonum: non autem dicitur bonum vo-
luntatis, sed bonum illius rei, cuius est
perfectio, vt sciētia est bonum hominis,
& est bonum intellectus; bonum autem
voluntatis est iustitia, & charitas: ergo
bonum, vt est affectio entis communis,
nō refertur ad appetitum, sed ad id sub-
iectum, cui conuenit.

A Sextò idem probatur: quod enim est
bonum vni, est malum alteri; quæ dispa-
ritas accidit propterea quòd eadē for-
ma vni conuenit, alteri est incommoda;
vt nimius calor nocet homini, & conser-
uat ignem, quia conuenit illi; ergo in ip-
sa conuenientia cum subiecto collocan-
da est ratio boni. Et cōfirmatur illa sen-
tentia Auctore lib. de causis, quòd bonum
dicitur per informationem, scilicèt pro-
ut est forma conueniens subiecto.

B Septimò adhuc idem probatur: res
enim est appetibilis, quia bona; quare
ipsum bonum antecedit relationem ap-
petibilis, & est eius quasi causa; nihil au-
tem videtur antecedere, nisi ipsa rerum
conuenientia; cum ergo conuenientia
hæc sit causa appetibilis, & nihil aliud
cernatur ante relationem appetibilis,
quòd sit eius causa, ipsa conuenientia est
formalis ratio boni. Et confirmatur ar-
gumento petito à diuisione boni: dicitur
enim bonum honestum, quod est conue-
niens naturæ rationali, dilectabile autè,
quod est conueniens naturæ sensibili; er-
go conuenientia distincta distinguit vtrū-
que bonum; quia scilicèt eadem est ratio
conuenientis, & boni.

C Octauò probatur, quoniam bonum,
vt refertur ad voluntatem, habet ratio-
nem finis, vt S. Thom. docet, & nos an-
teà declarauimus; sed finis, vt antecedit
voluntatem, non est existens, bonum au-
tem est in rebus existens: ergo ratio bo-
ni non est ad voluntatem referenda. Et
confirmatur, quia res est bona, etiã dum
non expetitur; ergo sine hac relatione
ad appetitum constat ratio boni.

Nonò: Id, quod est finis sub vna ra-
tione, est quoque medium sub alia: me-
dium autem habet rationem vttilis; finis
verò honestum est, aut delectabile: sunt
ergo plures bonitates in re vna, siquidē
bonitas rei consideratur in ratione me-
dij, & finis.

D Postremò arguitur cōtra id, quod di-
ximus, bonum esse præcipuè in rebus;
nam bonum, vt est in rebus, est mensura
voluntatis; ratio autem mensuræ vide-
tur esse minus præcipua, quàm ratio mè-
surabilis; ideò enim verum, quod est in
rebus, retulimus ad intellectum diuinum,
vt esset mèsurabile; hoc enim est præci-
puum: ergo similiter bonum præcipuè est
id, quod est in voluntate mensuratum, &
non id, quod est in rebus, vt mensura.

Aduertenti;

6.
Sextum;

Confirmatur
ex Auctore li-
brorū de cau-
sis.

7.
Septimum;

Confirm;

8.
Octauum;

Confirm.

9.
Nonum;

10.
Vltimum;

Aduertenda.

11.
Præcipua notatio de ratione formali boni.

Præcipua notatio de natura, siue ratione formali boni ea est, vt omnia, quæ sunt de bono disputanda, ex comparatione rerum cum voluntate eruenda sint, sicut & ratio boni in ea comparatione cernitur. Quibus etiam fiet perspicuum, quod bonum, vt bonum, ad voluntatem referatur.

12.
Bonum duplex. Primum absolute. Secundum relative.
S. August.
S. Thom.

Constituendum igitur est, bonum dici dupliciter. Primum absolute, quod in se ipso bonum est. Secundò relative, quod est bonum alteri. Hoc docet S. August. 8. de Trinit. c. 3. & post illum S. Thom. q. 1. de verit. ar. 2. ad 1. & 1. 2. q. 26. ar. 4. & in 2. d. 27. q. 1. ar. 2. ad 1. substantia est in se ipsa bona, quia non est alterius; accidens verò est bonum ipsius substantiæ; quo eodem sensu ait S. Thom. 3. p. q. 11. ar. 5. ad 3. & in 1. 2. q. 55. art. 4. ad 1. virtutem non tam esse bonam, quàm bonitatem habentis virtutem. Et hoc, quod absolute dicitur bonum in se ipso, Auctor lib. de causis dixit bonum per informationem, quod bonitate aliqua informatum est. Hoc autem totum petendum est à natura voluntatis; nam cum voluntatis operatio sit velle alicui bonum, illud, cui bonum optatur, est bonum per informationem, & absolute, & in se ipso; id autem, quod alteri optatur, est bonum relative. Vnde S. Thom. 1. p. q. 5. art. 1. docet rationem formalem appetibilis esse ipsam perfectionem rei; quia scilicet bonum appetibile est id, cui appetitur bonum, & est ipsum perfectum: & hoc bonum, quod alteri appetitur, est actus perficiens, siue perfectio: illud est bonum absolute, hoc relative. Cui etiam rei concinit quod illud, cui bonum volumus, est finis cui, & præcipuum: sicut etiam bonum, quod est in se ipso, & absolute bonum, præcipuum est. Vnde S. Tho. 2. 2. q. 26. ar. 4. ait bonum absolute, quod in se ipso bonum est, esse bonum simpliciter, sicut & simpliciter ens.

Bonum absolute, bonum per informationem dicitur Auctor librorum de causis.
Hæc petenda sunt à naturali operatione voluntatis, quæ est velle alicui bonum.
S. Thom.

Bonum absolute est præcipuum & simpliciter bonum.
Idem.

13.
Idem.

Ex quibus etiam licet intelligere, quod S. Thom. docet sapius, idem esse bonum, & perfectum: hoc affirmat q. 5. art. 1. 3. & 5. & q. 48. ar. 5. est enim perfectum, quod habet perfectionem. Perfectio igitur est id, quod alteri appetitur, estque bonum relative; & id, cui appetitur, est bonum absolute, & est ipsum perfectum: perfectio autem est actus unicuique rei con-

Aueniens. Vnde aliqui conuenientiam in bono merito inuenerunt; sed illa non est ratio formalis iudicata nomine boni; sed antecedit rationem boni, sicut & perfectio antecedit. Et sicut hoc nomen, bonum, in sua ratione formali non comprehendit perfectum, vt plerique fatentur; benè tamen supponit perfectum; ita non includit relationem conuenientiae, sed supponit illam. Id ergo, quod est conueniens, & perfectio, est bonum alicuius, quod dicitur bonum relative; sed alia est ratio perfectionis, & conuenientis, & alia ratio boni; quia bonum indicat relationem ad appetitum, quæ nomine conuenientiae non indicatur. Cum autem S. Thom. ait perfectionem esse rationem boni, intelligit in sensu materiali; quia enim bonum est perfectum, perfectio autem est, quasi forma perfecti, idcirco ipsa perfectio dicitur ratio formalis boni; quia est id formale, quod in bono diligitur. Sed ipsum nomen, bonum, aliquid aliud significat formaliter, scilicet relationem ad appetitum, vt cum eodem Doctore Sancto commonstrauimus.

Bonum super addit relationem ad appetitum.
S. Thomas explicatur.

Conueniens, & perfectio, est bonum alicuius, quod dicitur bonum relative; sed alia est ratio perfectionis, & conuenientis, & alia ratio boni; quia bonum indicat relationem ad appetitum, quæ nomine conuenientiae non indicatur. Cum autem S. Thom. ait perfectionem esse rationem boni, intelligit in sensu materiali; quia enim bonum est perfectum, perfectio autem est, quasi forma perfecti, idcirco ipsa perfectio dicitur ratio formalis boni; quia est id formale, quod in bono diligitur. Sed ipsum nomen, bonum, aliquid aliud significat formaliter, scilicet relationem ad appetitum, vt cum eodem Doctore Sancto commonstrauimus.

Dad hæc consequitur, vt quoniam bonum est idem, quod perfectum, non dicatur bonum simpliciter, nisi quod est simpliciter perfectum; quare & S. Dionys. de diuin. nomin. cap. 4. dicit bonum ex integra causa proficisci. Non autem omne ens est simpliciter perfectum, vt docuimus; quare non omne, quod est simpliciter ens, est simpliciter bonum, quod S. Thom. docet 1. p. q. 5. ar. 1. & alias sapius; neque enim equus est necessariò bonus equus, neque homo bonus homo; perfectum enim addit substantiæ accidentes etiam perfectiones; quapropter solus Deus est per essentiam bonus, sicut etiam perfectus per essentiam, cui nihil addit. Est etiam perfectum, quod actu existit; existentia enim est perfectio debita cuique essentiæ, etiam reiectis accidentibus; & hoc etiã modo solus Deus est bonus per essentiam, quia solus habet existentiam subsistentem, quæ est ipsa essentia, vt docet S. Thom. 1. p. q. 6. & antea declarauimus.

His autem accommodandum est illud alterum, quod ex S. Thom. acceptum paulò ante affirmauimus, bonum absolute, quod est in se ipso, esse bonum simpliciter: quod videtur non concordare cum his, quæ modò dicebamus. Nam

Bonum in sua ratione formali non includit perfectum, aut conueniens; sed supponit.

Bonum super addit relationem ad appetitum.
S. Thomas explicatur.

S. Dionys.

S. Thom.

Simpliciter perfectum & bonum, enti simpliciter, seu substantiæ addit etiam accidentia. Est etiam perfectum, quod actu existit.

S. Thom.

Obiectio contra illud de additione accidentium.

14.

15.

substan-

Solutio.

Bonum absolute est simpliciter tale, si aliis non sit imperfectum.

16. Confectarium capitale. Bonum formaliter non dicitur, nisi id quod est in re ipsa.

Bonitas rei est illi commensurata ut actus naturalis. S. Thom.

S. August.

Bonum rei non est extra rem, nisi solum causaliter. Idem.

S. Thom.

17.

Bona quae non pendent a voluntate creata, non sunt bona

substantia est in se ipsa bonum absolute; ergo simpliciter: nunc autem dicebamus substantiam non esse bonam simpliciter, nisi ornatam accidentibus. Dicendum ergo est, vel quod substantia ipsa, quae comparata cum accidente quod est bonum alterius relatiue est absolute bonum, simpliciter bonum dicitur: vel etiam melius interpretandum, quod id, quod est absolute bonum, simpliciter est tale, si aliis non sit imperfectum; accidens vero, quantumvis perficiatur, non est simpliciter bonum, sed relatiue bonum, scilicet bonum substantiae.

Confectarium relinquitur, quod est istius disputationis caput, bonum formaliter non dicitur, nisi id, quod est in re ipsa, scilicet quod inest rei: est enim bonum, quod habet sanitatem, & sanitas ipsa est bonitas; sicut & perfectum est, quod habet perfectionem, perfectio autem est actus rei. Quod vero rei non inest, sed est extra rem, dicitur bonum sola denominatione, & æquiuocè, quia est causa boni, ut medicamentum est sanum, & bonum, quia potest conferre sanitatem, quae bona est habenti; & ita bonitas cuiusque rei est illi commensurata, quia est actus naturalis a natura praescriptus, & definitus. Quod expressè docuit S. Thom. 1. 2. q. 18. art. 1. affirmans vnamquamque rem id habere bonitatis, quod habet entis. Et S. August. lib. 1. de doctrina Christiana cap. 32. quod in quantum sumus, boni sumus: est ergo bonitas unicuique rei propria, & sicut res vna non est alterius, quae subiecto, siue hypostasi discernitur; ita neque res vna est bonum alterius extra subiectum, nisi solum causaliter. Hoc ipsum docet S. August. libr. 1. Examer. c. 9. constituens bonum in modo, specie, & ordine; quod intelligitur de quacunque perfectione rei, quae a diuina arte definita est, ut doctè commentatur S. Thom. q. 7. art. 5. ad 3. Non est ergo bonum rei extra rem ipsam, nisi solum causaliter.

Vnde colliges bonum, ut est passio entis, conformari cum diuina voluntate; siue per identitatem, quae est prima bonitas, & essentialis bonitas; siue in rebus finitis per hoc quod regulantur diuino placito, sicut & arte diuina praescripta sunt. Et idcirco bonum formaliter non conuenit rebus in ordine ad nostram voluntatem; nisi id bonum, quod in artefa-

ctis cernitur; quae pendent a placito nostro, sicut & ab arte: quod etiam de vero constituimus. Res caeterae comparatae cum nostra voluntate, solum causaliter nominantur bonae, quia possunt nobis conferre aliquam bonitatem, qua fruamur, ut sanitatem, aut sensationem delectabilem; fruitio autem est bonum delectabile: aut verò quia ipsa voluntas, etsi deflectendo a ratione, mala sit, est tamen bona bonitate quadam naturali, dum bonum naturae appetit: quo etiam pacto possunt dici res bonae causaliter, quia sunt causae appetitionis bonae; & quia haec bonitas voluntatis, aut appetentis, aut fruuentis bonis externis, non est bonitas simpliciter; bona externa dicuntur a Patribus apparentia bona, non vera, cum tamen sint vera bona naturae. Haec igitur bona omnia collata cum voluntate creata, solum causaliter sunt bona, quia sunt causa appetitionis, aut fruitionis bonae, secundum esse naturale.

Haec quoque considerantibus facile erit percipere Aristot. pronunciatum 6. Metaph. ad finem, quod bonum, & malum sit in rebus, verum autem, & falsum in mente: nam praeterquam quod commostrauimus, bonum esse in rebus praecipue, verum autem in intellectu; id quoque addendum est, malum simpliciter esse in illis etiam rebus, in quibus non est falsum. Nam verum significat rem ipsam absolute absque alia conuenientia cum subiecto: bonum autem est conueniens, ut declarauimus: quare calor nimius verus est in homine, etsi illi non conueniat; sed homini bonum non est, quia non conuenit. Praeterea id, quod non est perfectum simpliciter, est tamen ens simpliciter, ut obseruauimus; bonum autem simpliciter est quoque simpliciter perfectum. Quamobrem equus est simpliciter verus equus, hoc duntaxat quia est simpliciter ens; sed non est simpliciter bonus, defectu alicuius perfectionis; vnde malus simpliciter dicitur: malum enim semper est bonum secundum quid, scilicet, quia est res existens, & ut sic bona; sed ea res existens, & secundum hoc bona, defectu accidentium, quae illi debentur, est simpliciter mala, ut tom. 2. elucidandum erit, ubi etiam de bono morali disputabimus: quo pacto hominem bonum esse, est bene morigeratum esse, & bonis moribus imbutum. Aurum ergo dicitur verum secundum esse

formaliter, ut comparantur cum illa, sed causaliter.

18. Aristot. pronunciatum explicatur.

Malum simpliciter est in rebus etiam veris. Ostenditur &

Secundo.

Equus verus simpliciter potest esse simpliciter malus.

Malum semper est bonum secundum quid, scilicet ut existens.

Aurichalcum dicitur falsum sola denominatione extrinseca à falso intellectu.

Aurum non defecatum est malū simpliciter.

Falsitas ut plurimum in solo intellectu: malum autem etiā in rebus.

Res vna est alicui bona, alteri mala.

Si Deus vellet homini calorem ut bonū naturā, esset illi conueniens, non noxius.

Dubiū de materia prima.

Non est bonū absolutē, neque relatiuē.

S. Thom.

Est bonum in potentia, scilicet est ipsa potentia passiuā.

esse naturale, falsum autem non dicitur ipsum aurum, sed aurichalcum dicitur falsum aurum; nō quod sit falsitas in vero aurichalco; sed eò quod apparentia quaedam est causa falsi intellectus, & ita sola appellatione dicitur falsum. At verò dicitur malum aurum, quod non est defecatum: quia etsi secūdum quid, hoc est; secūdum existentiam, sit bonum tamen defectu accidentis conuenientis, est malum simpliciter, quia non est purum; quæ negatio, & defectus est in re ipsa, & est negatio boni, & conuenientis, quæ dicitur malum: est ergo falsitas, ut plurimum, in solo intellectu; malum autē etiā in rebus. Dicimus falsitatē, ut plurimum, esse in solo intellectu; quia accidit quoque in rebus, ut antea monuimus, scilicet in peccatis, quæ ab arte diuina defleantur, & in artefactis, quæ ab arte humana declinant.

Illud etiā sit perspicuum, quod res vna sit alicui bona, alteri mala: quia cum bonum sit conueniens, calor nimius homini malum est, cuius non est perfectio; igni bonum est, cuius perfectio est: Deus autem calorem immittens non vult homini bonum naturæ; & ita semper bonū reuocatur ad voluntatem diuinam: quia si Deus vellet homini calorem, & bonū naturā, ille esset cōueniens, non noxius. Et ita res mesurantur diuino placito, sicut & arte; illa quidem ratione sunt bonæ, ista veræ.

Superest tamen dubiū de materia prima, quia neque est bonū absolutē, quod est finis, cui bonum appetimus, & bonū simpliciter dicitur; neque est bonum relatiuē, quod est perfectio alterius. Nullo ergo modo bonū est, cum tamen sit ens: ergo bonum non est passio entis.

Ad hoc dicendum est breuiter materiam non esse bonum absolutē, quod est in se ipso bonum; cum in se ipsa non habeat formam, aut actum, quō existat: neque est bonum relatiuē, cum non sit ipsa forma, siue actus. Et idcirco videtur potius excludi à diuisione boni vniuersalissima. Sed tamen S. Thom. de verit. q. 21. ar. 2. ad 3. quo toto art. quæstionē tractat, vtrum ens conuertatur cum bono, ait materiam esse bonam in potentia, sicut est in potentia ens. Eodem autē modo vtrūque interpretandum est. Dicitur autē materia ens in potentia, quia est ipsa potentia passiuā, ita ut esse non

A conueniat materia per actum, quem intra se habeat, cum sit sola potentia; forma verò non est ens in potentia, quia est ipse actus, per quem esse conuenit rei cōpositæ. Ergo eodem modo materia est bona in potentia, & forma est actu bona: licet enim neutrum sit bonum absolutē, quod est bonum in se ipso; tamen forma est saltem bonum relatiuē, quod est bonum alterius; materia autem neutro modo, ut S. Thom. disputat 3. cōtra gent. cap. 20. Quia tamē materia saltem per formam verè existit, quæ existentia est bonitas rei, suo modo est perfectum, & bonum; & imitatur, quantumuis imperfectè, diuinam essentiam, ut docet S. Thom. q. 14. art. 11. ad 3.

B Quidam aiunt materiam esse bonam per propriam existentiam; quia, etsi sit pura potentia, quæ in se ipsa non habet actum, credunt tamen eam habere propriam suam existentiam, qua dicitur bona, ut cæteræ res existentes, existentia enim est rerum bonitas. Et auctore suæ opinionis, quo ad hoc postremum voluit esse Doctorem Sanctum 3. contra gent. cap. 20. asserentē materiam esse simpliciter bonum. Sed certè non loqueretur consentaneè Doctor Sanctus, cum sentiat materiam nō habere propriam existentiam, ut lib. 4. demonstrabimus; si ea ratione diceret materiam esse bonam simpliciter.

C Franciscus Ferrar. eo loco conatur conciliare vtrumque assertum, scilicet quod materia sit bona in potentia, quod asseruerat S. Doctor 1. p. & q. 21. de veritate, & quod sit bona simpliciter, quod ibi affirmat. Ait autem bonum dici cum quodam ordine, ut non solū, quod est est formalitè bonum, sit simpliciter bonum; sed id quoque, quod habet ordinē ad bonum: sicut sanum formalitè dicitur, quod habet sanitatem; & nihilominus pomum dicitur simpliciter sanum, quia confert sanitatem, scilicet per ordinem causæ ad sanitatem; quare eodem modo materiam dici bonam simpliciter per ordinem ad formam, quæ est bona. Hæc tamen doctrina, etsi vera sit, minimè satisfacit quæsito: dicimus enim materiam primam esse verè ens, non æquiuocè; quare eodem modo bona dicenda est, non æquiuocè, sed verè, & propriè: pomum autem dicitur sanum æquiuocè, solo nomine sanum; & ea, quæ æquiuocè dicuntur.

Forma nō est bonum absolutē, sed relatiuē.

S. Thom.
Materia saltē ut informata per formā verè existit, & est bona.

Idem.
22.
Opinio quorundam materiam esse bonam per propriam existentiam.

Probatur ex S. Thoma dicente materiam esse simpliciter bonū.

23.
Interpretatio Ferrar.

S. Thom.

Etiā bonum causalitè est bonum simpliciter, licet æquiuocè.

Hæc interpretatio rejicitur. Materia est verè & propriè ens & bona; nō verò æquiuocè.

dicuntur, nihil prohibet dici simpliciter. Videtur igitur dicendum, quod bonum vocatur, & finis, & id quod habet finem; finis est perfectio, & id quod habet finem, est perfectum; & utrumque est obiectum appetitionis. Est etiam bonum id, quod appetit finem; & hoc bonum est ipse appetitus bonus: bonum enim consistit in quodam ordine, scilicet in ordine appetibilis ad appetitum, vel etiam appetitus ad appetibile; & utrumque est simpliciter bonum; licet principaliter bonum inveniatur, non in appetitu, sed in appetibili. Materia ergo est bona in quantum appetit bonum. Et hic est commentarius verborum S. Thom. eo loco, ut licet advertere. Quod idem responsum brevius, sed clarius attigit 1. p. q. 5. art. 4. ad 3. dicens secundo loco materiam primam esse bonam; non ut appetibilem, sed ut appetentem bonum.

Ubi etiam est advertendum, quod isthæ doctrina, etsi vera sit, non tamen refringit argumentum; nam materia cæli, quæ non potest aliam formam capere, non appetit bonum, scilicet formam aliam; metaphoricè tamen potest dici bona, quia contenta est suo bono, nam & metaphoricè appetit, quia appetitu non est prædita. Sed quia S. Dionys. libro 4. de divinis nominibus dixit materiam non ens, quia secundum Platonicos ob privationem formæ, in non entibus numerabatur; dixit autem bonam propter appetitum formæ, etsi is appetitus non sit verus, sed metaphoricus: Doctor Sanctus mentem Sancti Dionysij, egregiè explicat dicens materiam esse bonam simpliciter, non ut appetibilem, sed ut appetentem. Itaque S. Thom. ex interpretatione S. Dionysij, dixit materiam esse simpliciter bonum, hoc est simpliciter appetentem bonum, metaphoricè tamen.

At verò quod mathematica non sint bona, longè aliter explicandum est: neque enim censuit Aristot. quantitatem non esse bonam, cum suam habeat existentiam, imò separata à materia bona est, ut in Sacramento altaris confitemur; sed quia Mathematicus abstrahit disputationem à materia, separatur à motu, atque adeò à causa finali, & ab appetitu boni. Et ut Sanctus Thomas observat artic. 4. ad 4. separatione quadam mentis, prius intelligitur ens, quam

A bonum; quare nihil prohibet illa separatione, quam facit Mathematicus, quantitatem apprehendi, ut ens, & non ut bonam, de qua re Thom. Caiet. ad illum art. vberius. Sed advertendum est, quod, etsi mathematica cogitando abstrahamus à bono, non tamen ab ente abstrahuntur, ut quidam falso crediderunt. Et quidem rectè dixerunt Mathematica abstrahi ab accidente, sicut de relationibus docuimus; quæ enim abstrahuntur à subiecto, non considerantur, ut accidentia; bene tamen, ut entia: quia ens etiam à subiecto abstrahitur. Eadem autem ratione, Mathematica abstrahuntur à bono, & à fine, quia subiectum, & motum non considerat Mathematicus. Hac autem explicandi ratione non possunt uti, qui bonum putant esse situm in quadam convenientia cum rebus extraneis; nam quantitas, etià separata cogitatione à materia, habet convenientiam, primum cum scientia ipsa mathematica, necnò etiam cum Deo ad modum explicatum ab iisdem Doctoribus. Quare Mathematica ut sic, bona essent, quod est contra Philosophi placitum, & Philosophorum sensum.

C *Responsio.* Ad primum argumentum respondetur negando vlla esse entia, quæ non sint bona; nam materia prima, etsi non includat in se ipsa actum, tamen informata per illum, est bona, ut explicavimus. Et mathematica sola præcisione cogitandi non sunt bona, cum re ipsa quantitas bonum sit; & relationes diuinæ bonæ sunt vna bonitate essentiali, de quibus præcipuè disputandū postea erit.

D is enim scopus est eorum, quæ hoc cap. tractamus. Ad confirmationem negatur esse bona, quæ non sint entia, ut bonum est passio entis, scilicet ut refertur ad voluntatem diuinam: cum qua si conferamus esuriam, & mortem, hæc bona non sunt, quia non sunt entia. Et eadem ratione dignitates non sunt bona, quia nihil sunt: gloria autem, & laus est bonum in eo, qui laudat, ut S. Tho. docet, cuius boni Deus est causa. Et ita nihil bonum, quod non sit ens. At verò si bonum cõparetur cū voluntate creata, accidere potest, ut id, quod appetitur, sit non ens, ut esurics, & mors; ratio tamen, appetendi est ens:

Caiet.
26.
Mathematica ut sic, abstrahuntur à bono, sed non ab ente. Abstrahuntur ab accidente, ut de relationibus supra.
Habent convenientiam cum scientia mathematica, & cū Deo.

I.
Ad i.
Ad confirm.
Non entia non sunt bona, ut bonum refertur ad voluntatem diuinam. Gloria & laus est bonum in eo qui laudat. S. Thom.
Etiam in nostro appetitu ratio formalis appetendi non ens, est ens & bonum.

Materia prima est bonum non ut appetibile, sed ut appetens.
S. Thom.
24.
Materia cæli est bona, & appetens, metaphoricè.
S. Dionys.
à S. Thoma egregiè explicatur.
25.
Disputatio mathematica quantitatem abstrahit à materia, & consequenter à motu, atque adeò à causa finali, & ab appetitu boni.
S. Thom.

Ostenditur 1.

ficut enim odium mali est propter amorem boni; ita & amor privationis, & non entis, ut amor mortis, est propter odium alterius mali, & tandem propter amorem boni, quod est ens, & bonum. Quapropter etiam in nostro appetitu ratio formalis appetendi est bonum. Dignitates etiam, sicut & ea, quae sunt impossibilia, appetimus sub ratione boni; quia, etsi haec non sint bona vera, sed apparentia, tamen expetuntur propter bonum verum, quod est propria excellentia, & felicitas.

Secundo.

Ad 1. rationem.

Argumenta pro Heruao probant tertia sententiam traditam c. 5. p. 1.

Ad 2. arg. ex S. Aug.

Ad 3. argum.

Ad 4. argum.

Ad 5. argum.

Ad 6. argum.

Ad 7. argum.

Ad 8. argum.

Ad 9. argum.

Ad 10. argum.

Ad 11. argum.

Ad 12. argum.

Ad 13. argum.

Ad 14. argum.

Ad 15. argum.

Ad 16. argum.

Ad 17. argum.

Ad 18. argum.

Ad 19. argum.

Ad 20. argum.

Ad 21. argum.

Ad 22. argum.

Ad 23. argum.

Ad 24. argum.

Ad 25. argum.

Ad secundum, tertium, & quartum argumentum respondetur ijs probari, quod bonum non significet relationem in recto, quod nos concedimus; sed nihil prohibet, bonum, quod est ipsum ens, intelligi cum relatione in obliquo.

Et singulariter respondetur ad secundum argumentum, S. August. eo loco de bonitate diuina loquutum, quae est diuina essentia, & absolutum ens: bonum autem commune, abstrahitur ab absoluto, & relatiuo; & semper additur relatio ad voluntatem, in obliquo. Similiter Deus est per essentiam bonus, quia id, quod in recto significat, nomen, bonus, est ipsa essentia; sed bonus non intelligitur formaliter, nisi cum relatione ad voluntatem. Qui arbitrantur bonum significare in recto relationem, interpretantur Deum esse per essentiam bonum fundamentaliter, quia essentia est fundamentum relationis. Nos formaliter explicamus, ita ut argumenta ipsa nostram sententiam confirmet. Eodem modo concedimus, quod bonitas Dei est causa rerum finalis; quia ipsa essentia est bonitas formaliter, ut declarauimus.

Ad tertium concedimus, quod formaliter id quod mouet appetitum, est ens, vel ipsum esse, quod est existentia, ut S. Thom. docet q. 5. & alias saepius; & hoc ipsum est, quod bonum significat in recto, licet non intelligatur, nisi cum relatione ad voluntatem.

Nihilominus argumentum istud aliquid amplius efflagitat. Audito enim nomine boni excitatur appetitus, & non excitatur audito nomine entis; ergo id, quod bonum addit enti, excitat appetitum: quod autem excitat appetitum, non est relatio, sed absolutum; ergo bonum addit enti aliquid absolutum. Respondendum est, quod intellectus proponit aliquid voluntati, ut bonum, non sub isto

A conceptu boni, hoc enim non est necesse; neque enim bonum sub conceptu boni, est obiectum voluntatis, sicut neque verum sub conceptu veri est obiectum intellectus, ut docuimus. Proponit ergo intellectus aliquid ut bonum in actu exercito, conferendo rei convenientiam cum appetitu; & in illa collatione intellectus, cernitur conformitas rei cum voluntate, quam significat nomen, bonum. Et quoniam ad ea, quae nominibus significantur, aduertimus cogitando; illa aduersione animi, audito nomine boni, confert intellectus convenientiam rei cum voluntate, & tunc excitatur voluntas: audito autem nomine entis intellectus non confert aliquid cum voluntate, & ita non excitatur voluntas. Concedimus ergo vtrumque, quod audito nomine boni excitatur voluntas; & audito nomine entis non excitatur voluntas; non quia bonum addat enti aliquid appetendum, sed quia in significatione boni aduertit intellectus, & confert rem cum voluntate, quam collationem sequitur appetitus. Ad confirmationem respondetur idem dicendum esse de perfecto, & bono: nam in recto significat non absolutum; sed abstractum, & commune absoluto, & relatiuo; & in obliquo significat relationem: perfectum enim in obliquo significat relationem convenientiam; bonum autem in obliquo significat relationem ad voluntatem.

Ad quartum respondetur concedendo, quod malum est privatio boni absolute; quia bonum formaliter non est relatio rationis, sed est ens cognitum cum relatione illa; & ita defectus entis, quae est privatio formaliter, ipsum est malum formaliter: & ipsum malum in obliquo indicat relationem ad voluntatem, de quo alias disputabimus; loquimur autem de malo naturae, non de malo morali, de quo tomo 2. differemus. At verò argumentum hoc urget eos, qui credunt bonum significare in recto relationem, nos verò dicimus eam relationem significari in obliquo.

Ad quintum argumentum, quo probatur bonum non esse ad voluntatem referendum, respondetur primum negando: quod bonum vniuersim referatur ad aliquid, cuius sit; sunt enim bona absolute, quae non sunt aliorum bona, ut substantia, & hypostasis: quare bonum, ut est passio entis, non est alicuius, sed refertur ad aliquid

tatis, non sub conceptu boni; sed ut bonum & conforme voluntati in actu exercito ab intellectu propositum. Sic verum, &c.

Voluntas excitatur audito nomine boni, non verò entis, propter significationem boni, ut est voluntatis obiectum in actu exercito, ab intellectu animaduersam, & cum voluntate collatam.

Ad confirm.

Bonum in recto significat quid commune absoluto, & relatiuo; & in obliquo relationem. Sic perfectum.

Ad 4.

Malum formaliter est defectus entis, & in obliquo indicat relationem ad voluntatem.

Hoc arg. urget 1. sententiam, de qua c. 5. p. 1.

Ad argumeta pro Soar.

Ad 5.

Substantia, & hypostasis non sunt aliorum bona.

Responso.

Bonum est obiectum volun-

Resp. 2.
Bonum ut per
fectum, est re-
latum secun-
dam dici, seu
nomine tenus
ad subiectum,
ut bonum res-
picit volunta-
tem.

34.
Ad 6.

Ad confirm.
ex auctore lib.
de causis.

35.
Ad 7.

Prius res in-
telligitur con-
formis, seu cū
relatione con-
formitatis ad
voluntate, quā
appetibilis.

Ad confirm.
Conuenientia
honesti cū ra-
tione, & dele-
ctabilis cū sen-
su, est ipsum
obiectum vo-
luntatis, sed nō
est propria ra-
tio boni trans-
cendentis.

36.
Ad 8.
Sicut finis in
intentione, &
in executio-

aliquid, scilicet ad voluntatem. Secundo
respondetur ipsum bonum, quod relati-
ue dicitur, & potius bonitas, quam bonū
dici potest, referrī quidem nomine te-
nus ad id, cuius est bonum quæ dicuntur
relata secundum dici, ut scientia est sciē-
tis scientia: sed præcipua relatio boni est
ad voluntatem; sicut scientiæ ad scibile;
hæc enim est, quæ præcipue consideratur
in bono: illa autem relatio ad subiectum
est propria perfectionis. Nam hoc bonū
relatiue, est ipsa perfectio, ut docuimus;
sed perfectio ad subiectum, bonum verò
ad voluntate habet proprias relationes.

Ad sextū respōdetur per hæc eadem,
quod bonum relatiue est perfectio rei, &
perfectio est quasi fundamentum boni;
ipsa enim appetitur; & conformitas per-
fectionis cum appetitu est relatio boni.
Nihil ergo mirum, quod eadē forma sit
bonum vnius, & malum alterius; quia cō-
uenit vni, & non alteri: hæc enim est ra-
tio à causa priori accepta, ut vni sit bo-
num, alteri malum; sed bonum, & malū
addunt relationem ad voluntatem. Et ad
confirmationem eodem modo respon-
detur, quod bonum, ut est perfectio, in-
format subiectum; sed ut bonum, respi-
cit voluntatem.

Ad septimū respondetur cōcedendo,
quod bonum ordine rationis antecedit
appetibile, sicut verum antecedit intel-
ligibile: sed negamus, quod solā cōueni-
entia formæ cum subiecto, aut vnius rei
cū alia, antecedit appetibile. Nam col-
lata re quapiā cum voluntate, prima re-
latio in mēte oritur ipsa cōformitas; de-
indē intelligitur illud esse appetibile, ut
declaramus; quare bonū, quod indicat
cōformitatem cum voluntate, antecedit
relationem appetibilis. Ad cōfirmatio-
nem respondetur illam conuenientiam
honesti cum ratione, & delectabilis cum
sensu, esse ipsum obiectū voluntatis; nam
per rationem, & sensum conferuntur res
appetibiles cum appetitu: at verò pro-
pria relatio boni est cōformitas obiecti
apprehensi, aut ratione, aut sensu, cum
voluntate ipsa. Itaque vel illa diuisio
boni non est formalis; vel ibi indicatur
diuisa relatio ad appetitum.

Ad octauum respōdetur cōcedendo,
quod obiectū voluntatis est bonum, & fi-
nis; sicut igitur finis in intentione adhuc
nō existit, & executione ipsa acquirat
existentiā; ita & bonum in intentione est

A bonū in potētia, & cōparatā existentiā,
est bonū in actu: at verò ipsum bonū in
actu cōparatur ad voluntate, non ut in-
ueatur voluntas nostra ad producendum
bonū iam existens, sed ut quiescat in illo
per cōplacētiam. Hæc præterea dicuntur
de voluntate nostra, cū qua nō cōparatur
bonū, ut est transcendentis. Ad cōfirmatio-
nē respōdetur negādo, quod res sit bona
actu dum nō expetitur; voluntate enim
diuina conseruantur res actu existentes;
sed bene sunt res bona, etsi à nobis non
expetantur: quia earū bonitas transce-
dens non pendet à voluntate nostra.

B Ad nonū respōdetur, quod eadem res
est multiplex bonū, scilicet honestum, utile,
& delectabile; sed quia bonum significat
in recto ipsum ens, loquēdo propriè, bo-
nū, & ens numerāda sunt simul; ut plura
bona sint plura entia, & plura entia bo-
na plura, quod ipsum argumēto illo cō-
probatur. Instat autē argumentū ijs, qui
nomine boni existimant significari rela-
tionem in recto: nam etsi nominibus cō-
cretis per regulā numerādi, quam lib. 5.
trademus vñ ens sit vñ bonū; tamen
nominibus abstractis in vna entitate sim-
plici cōcedendæ sunt plures bonitates;

C hoc est, plures relationes conuenientiæ,
aut cōformitatis, si relatio significatur in
recto, ut illi opinantur; nos verò vnam
entitatem dicimus bonitatem vñā, quia
hoc nomen, bonitas, significat in recto
entitatem, sicut bonum significat ens, &
ita vna entitas est vna bonitas cum plu-
ribus relationibus ad voluntatem ho-
nesti, delectabilis, & utilis.

D Ad vltimū respōdetur, quod bonum,
quod est passio entis, habet rationē me-
surabilis, ut est cū diuina voluntate con-
formatū, ut docuimus. At verò cū nostra
voluntate cōparatur per accidens, in ra-
tione causæ finalis, à qua pendet volun-
tas: nam etiā voluntas fruens re existen-
te in ipsa cōsequutione boni, pendet ab
illo, & est propter finē, ut docet S. Tho-
mas 2. q. 1. ar. 1. bonum ergo, ut finis, nō est
passio entis, ut comparatur cum volun-
tate nostra, sed ut conformatur cum vo-
luntate diuina, quasi mensurabile, non
mensurans; sicut de vero diximus cū in-
tellectu diuino cōformari. Concedimus
ergo id, quod arguendo colligitur, bonū,
ut est passio entis, non esse ens, ut con-
formans sibi voluntatem creatam; sed
ut conformabile cum voluntate diuina.

ne, ita bonum
in potentia, &
in actu.

Ad confirm.
Res non est
bona actu, dū
non expetitur,
saltem, à Deo.

37.
Ad 9.
Eadem res est
multiplex bo-
num.

Hoc argumē-
turget primam
sententiā, de
qua c. 15. p. 1.

In vna re ho-
nesta, utili, &
delectabili, p-
priè loquendo
vna entitas est
vna bonitas cū
pluribus rela-
tionibus ad vo-
luntatem.

38.
Ad vltimū;

Etiā volun-
tas fruens re
existente pen-
det, ab illa, &
est propter fi-
nem.

S. Thom.

CAPVT IX.

Relatio creata est perfectio formalis, & bonum eius, in quo est.

1.

TRactatis questionibus de bono, & perfecto accedamus iam ad eam cōtrouersiam: vtrum relatio sit perfectio, & bonum?

1. sententia
Caiet.Capreol.
Durand.
Marfil.
Scotus
dubius.
2. sententia
Fonseca.

Thomas Caiet. de ente, & essetia c. 2. affirmat relationē in suo proprio genere non esse perfectionem. Et idem sentit 1. p. q. 28. art. 2. Quod scriptum reliquerat Ioan. Capr. in 1. d. 1. q. 7. & Durand. in 3. d. 1. q. 3. nec non Marfil. in 1. q. 23. ar. 3. De opinione Ioan. Scoti res est dubia, nam ipse in quodlib. 5. rem dubiam reliquit. Alij verò sunt, qui relationē aiunt esse perfectionem, non quidem formalem, sed transcendentem.

3. H.
Quid sentiat
de perfectione
formali?

Hoc igitur primò agendū, scilicet indagādū quid sit perfectio formalis, quid verò transcendēs perfectio? Aiunt perfectionē formale esse formā cōuenientē subiecto, sicut in lib. de causis scriptū est, bonū dici per informationē entis, quod est, bonū esse entis formam cōuenientē: quo pacto neque bonū, neque perfectio videtur esse affectio entis; quia habitus vitiosus est ens, & non est perfectio formalis, neque est bonū informans, cū nō cōueniat subiecto. Perfectionem autem formale dissectant in naturalē, quę cōuenit naturę, & moralē, quę à moribus ducitur: perfectionē verò transcendētē aiunt cōtinere negationem defectus; perfectū enim est, cui nihil deest; & hęc effundi in omne ens, vt entis affectionē cōmunissimam; quo pacto vitiū est ens, quia est entitas aliqua, cui ad hoc vt sit ens, nihil deest: & ita vitiū erit quoque perfectio transcendens. Atque ita decernunt perfectionem transcendentem dici; nō quia perfectio sit alicuius; sed quia ipsa est quid perfectum, scilicet ens, vel res quępiam, cui ad hoc, vt sit, nihil deest.

Adstruit 1.
perfectionem
transcendentē
sitā esse in
negatione defectus.Adstruit 2.
eam non esse
perfectionem
formalem, sed
esse ipsum perfectum.Hoc 2. assertū,
Refellitur 1.Ipsa substātia
sunt perfectio
nes vniuersi.

Ita sentētia nō probatur, primò quia perfectio respicit aliquid, cui perfectio sit; dicitur enim perfectio alicuius perfecti: quare sicut formę sunt perfectiones subiecti, ita ipsę substātię sūt perfectiones vniuersi; semper enim perfectio refertur ad aliud: sunt enim abstracta relata ad sua cōcreta. Sed tamē in hac usurpatione ipsa perfectio est quid perfectū cōparatum cū alia perfectione, qua ali-

quid aliud perfectū dicitur; vt sapientia est perfectio hominis; & ipsa est perfectū, cuius perfectio est existētia, & certitudo, aut euidētia. Itaq; perfectio semper est actus, aut quasi actus rei, quę perfecta dicitur. Hoc idē probatur; quoniā homo vitiosus nō est perfectus vllō modo per vitiū: ergo vitiū nullatenus perfectio est, vt sit argumentum à cōiugatis. Aliās cedo mihi, quare distrahas significationē huius nominis, vt id, quod perfectionem habet, perfectū non sit. Denique hanc rē confirmamus; sicut enim vitiū cū sit ens, est bonū, nō absolutē, sed relatum ad finem voluptuosum: ita modo eodē vitiū est perfectio, & dicitur perfectus fur, qui rapacissimus est. Nusquā igitur est perfectio, qua nō sit aliquid perfectū: quod si perfectione perfectū esse aliquid oportet, perfectio informans dicitur, & formalis perfectio: si qua ergo perfectio est transcendens, illa est formalis: & non est secāda pfectio in trāscēdētē, & formale.

A quid aliud perfectū dicitur; vt sapientia est perfectio hominis; & ipsa est perfectū, cuius perfectio est existētia, & certitudo, aut euidētia. Itaq; perfectio semper est actus, aut quasi actus rei, quę perfecta dicitur. Hoc idē probatur; quoniā homo vitiosus nō est perfectus vllō modo per vitiū: ergo vitiū nullatenus perfectio est, vt sit argumentum à cōiugatis. Aliās cedo mihi, quare distrahas significationē huius nominis, vt id, quod perfectionem habet, perfectū non sit. Denique hanc rē confirmamus; sicut enim vitiū cū sit ens, est bonū, nō absolutē, sed relatum ad finem voluptuosum: ita modo eodē vitiū est perfectio, & dicitur perfectus fur, qui rapacissimus est. Nusquā igitur est perfectio, qua nō sit aliquid perfectū: quod si perfectione perfectū esse aliquid oportet, perfectio informans dicitur, & formalis perfectio: si qua ergo perfectio est transcendens, illa est formalis: & non est secāda pfectio in trāscēdētē, & formale.

B Ex his autem consequitur perfectionem non esse affectionē entis: perfectio enim est actus vltimus entis, vt supra diximus; at verò materia prima, quia est pura potētia, nō est perfectio: licet enim bona sit, & conueniens, non est tamen actus; & idcirco perfectio non est: actus verò omnis potest habere rationē perfectionis formalis, & omnis perfectio est formalis perfectio, vel nulla perfectio est. Non ergo disiungenda est perfectio transcendens à formali.

C Illud verò non minùs displicet, quod credant perfectionē significare negationē; maximè quia defectus est quędā negatio, siue priuatio, & est ipsa imperfectio. Igitur per hoc ipsum, quia perfectū est, quod caret defectu, intelligitur quod perfectū sit quid positiuū, vt aiunt; carere enim cæcitate, est esse visu præditum; & carere defectu est esse præditum forma perficiēte. Præterea, si perfectio significat negationē, ipsa perfectio est negatio; sicut vnum significat negationē, & vnitas est negatio. Quod verò aiunt Arist. definiisse perfectionem transcendētē per negationem lib. 5. Metaph. tex. 21. certè Philosophus ibi non perfectionem, sed perfectum definit: si tamen definit, & nō potius describit ea, quę perfecta sunt. Quędam enim sunt perfecta, quia constant suis partibus; qua usurpatione ipse Philosophus 3. Phys. tex. 64. ait perfectum,

D perfectū sit quid positiuū, vt aiunt; carere enim cæcitate, est esse visu præditum; & carere defectu est esse præditum forma perficiēte. Præterea, si perfectio significat negationē, ipsa perfectio est negatio; sicut vnum significat negationē, & vnitas est negatio. Quod verò aiunt Arist. definiisse perfectionem transcendētē per negationem lib. 5. Metaph. tex. 21. certè Philosophus ibi non perfectionem, sed perfectum definit: si tamen definit, & nō potius describit ea, quę perfecta sunt. Quędam enim sunt perfecta, quia constant suis partibus; qua usurpatione ipse Philosophus 3. Phys. tex. 64. ait perfectum,

Refellitur 2.
argumento à
coniugatis.

Refellitur 3.

5.
Confectariū.Omnis vera
perfectio est
formalis perfectio.6.
1. assertum
Fonsec.
quod perfectio
significet
negationem.
Refellitur 1.

Refellitur 2.

Obiectio ex
Aristot.
Respond. 1.
cum ibi solum
diuissile
perfectum.

1. membr.

Idem.

Etum, & totum esse idem, aut ferè idem; & ita definit: *Perfectum* (inquit) dicitur uno modo, extra quod non est accipere partem. Deinde perfecta secundum virtutem ponit illa, quæ secundum virtutem operandi non deficiunt: vnde videtur de prompta illa vulgatissima definitio, *Perfectum est, cui nihil deest*. Adhuc verò numerat perfecta secundum finem, quæ sunt propter finem constituta. Non ergo perfectionem definiunt, sed perfectum; imò neque definiunt perfectum, sed diuisit, vt diximus. Sed vt verum fatear videtur Aristot. quasi perfectum definiisse, quod sit illud, *extra quod non est partem accipere*: quia lib. 2. de celo tex. 23. hoc ipsum usurpat. *Si perfectum* (inquit) *id est extra quod nihil eorum, quæ ipsius sunt, possibile est accipere*, &c. Vbi probè explanauit definitionem perfecti in metaphisica traditam; videlicet exprimendo quod eorum, quæ ipsius sunt, scilicet quæ rei conueniunt nihil possumus extra accipere: quia nihil in perfecto desideratur. Et non disputat eo loco de perfecto, quod est ex partibus integrantibus, sed de perfecto secundum speciem, inuestigans, quæ sit figura perfectior. Quare si adhuc contendas rectè defini perfectum, cui nihil deest; paria paribus comparando, sicut perfectum est, cui nihil deest, ita perfectio est, quæ alteri non deest: & necesse est perfectum à perfectione discernere. Quare, etsi res quæpiam sit perfecta, non erit hoc satis, vt ipsa sit perfectio; nisi dicatur alteri non deesse, cuius scilicet perfectio est.

Quod verò perfectio, nō solum sit alicuius perfectio, sed sit conueniens; ibidē testatur Arist. ait enim, quædā dici perfecta secundum vitium, aut prauum finem, translata significatione nominis: si ergo per ea, quæ non conueniunt, non dicuntur res perfectæ, nisi significatione nominis translata, & impropria; sanè perfectio est conueniens; & quæ non conuenit, non est perfectio. Quæ ipsa est sententia S. Thom. in eum locum commentantis.

Quam ob causam censemus partium solam formam esse perfectionem, non materiam; quia forma quæ dat speciem, dicitur conuenire substantiæ secundum speciem. Sed improprie loquendo partes sunt perfectiones totius; quia partes temporis perficiunt tempus, vt partes continui totum continuū, & partes vni-

uersi componunt vniuersum. Proprie tamen loquendo sola forma, aut quasi forma rei, est illius perfectio. Nam neque partes mundi sunt bonum totius mundi; bonum enim per informationem est, quod inest rei cuique: & eodem modo perfectio est proprie rei, cui inest, vel cui non deest. Et hoc modo bonum, quod habet bonitatem, est perfectum, & bonitas ipsa perfectio. Materia igitur prima est quidem bona, & perfecta per formam; sed non est bonum alterius, neque perfectio rei cuiuspiam: quamobrem perfectio, & ens non conuertuntur.

His constitutis quod perfectio non sit transcendens, neque adæquetur enti: & quod omnis perfectio sit formalis, siue naturalis sit, siue moralis; aut certè non sit perfectio ea, quæ non est formalis, & quæ non conuenit illi rei, cui inest: facile probatur, quod relatio creata sit perfectio formalis. Est enim forma subiecto conueniens actu existens; quæ est definitio perfectionis. Quod sit forma actu existens, liquet. Quod conueniat, probatur; quia cum sit res creata est bona, vt statim probandum erit: bonum autem est, quod est conueniens. Est ergo relatio actus existens, & conueniens; ergo est formalis perfectio.

Quod autem relatio sit etiam perfecta, constat; cum perfectum id sit, quod existit: existentia enim est maxima perfectio rei; sed relatio habet existentiam propriam, vt libro 4. dicemus; ergo est perfecta.

Denique quod sit bona probatur firmissimis argumentis, quoniam est res creata; omnia autem bona sunt, quæ Deus creauit, iuxta illud oraculum Genes. 1. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona*. Quod Apostol. etiam testatur 1. ad Timoth. 4. *Omnis* (inquit) *creatura Dei bona est*. Idem videtur Aristot. posuisse, cum ait: bonum inueniri in omni genere entis; sed relatio creata est quoddam genus entis; ergo & bona. Probatur verò ratione, quoniā relatio creata est voluntate diuina; obiectum autem voluntatis diuinæ est bonum transcendens; ergo relatio est bona. Neque solū est bona, sed est bonum subiecti, in quo est. Probatur ratione eadem, quia Deus vult in subiecto esse relationem; ergo vult bonum subiecto; non enim vult bonum separatam, sed bonum in subie-

fectiones totius, Ostenditur, Perfectio & ens non conuertuntur, Relatio creata est perfectio formalis. Probatur. Est etiam perfecta. Ostenditur, Est bona. Probatur. Genes. 1. 1. ad Timoth. 4. Aristot. Ratio, Est bonum subiecti. Ratio eadem.

Secundum, Tertium, Respond. 2. definiisse perfectum, non perfectionem, Sicut perfectum definitur cui nihil deest, ita perfectio, quæ alteri non deest. Perfectio non solum est alicuius perfectio, sed conueniens. Idem Arist. efficaciter, S. Thom. 8. Confectariū. Proprie loquendo, sola forma aut quasi forma rei est illius perfectio. Ostenditur. Partes improprie sunt per-

Obiectio. Ergo ipsi subiecto relatio bonum est. Quod si dicas, Deum velle calorem aquæ, sed non ut bonum, aut perfectionem aquæ; & similiter Deum velle relationem subiecto, cui inest, sed non ut bonum eius, & perfectionem. Respondendum est calorem non bonum aquæ, esse bonum ignis; & similiter oportere omnem formam creatam, alicui rectè conuenire: præter vitium, quod recedit ab arte diuina: ergo relatio creata alicui rei probè conuenit, cuius bonum est, & perfectio.

Responsio. Denique ut veritatem clariùs aperiamus repetendum animo est, quod supra diximus, rem quamuis ordinari ad aliã, & ita relationes expeti ab Auctore naturæ, in ordine vnus rei ad aliã. Relatio ergo est bonum rei, non ad se ipsam, sed ad aliud. Itaque relatio est bonum subiecti, non ut subiectum in se ipso existat, sed ut est pars vniuersi ad alias partes ordinatum.

12. Quelibet res ad aliã ordinatur, saltem ut comparauerit. Relatio est bonum rei, non ad se ipsam, sed ad aliud.

13. Duo autem consequentia sunt, Primum quod relatio creata non sit absolute perfectio; quia res est bona ad se ipsam, bonum autem relationis est bonum ad aliud: ergo relatio non absolute perfectio est, sed est perfectio subiecti, quatenus subiectum ad aliud ordinatum est.

14. Secundò consequens efficitur, ut aliquæ relationes ratione fundamenti sint alijs perfectiores, & magis propriè dicantur formales perfectiones subiecti; quia fundantur in absolutis, quæ absolute sunt perfectiones formales, ut relatio magistri, quæ fundatur in scientia docentis; relatio Patris, quæ fundatur in forma generantis.

15. Aduertendū tamen est aliud esse perfectionem simpliciter dictam, & aliud absolute dictam: nam tamen simpliciter, & absolute sæpius sine discrimine vsurpentur; tamen simpliciter quandoque significat id, quod dicimus omnibus modis; qua significatione non idem est simpliciter, & absolute dictum. Et ita videtur definisse S. Anselm. perfectionem simpliciter, quæ omnibus modis est perfecta: ratiocinandi facultas est absolute perfectio; non tamen est perfectio simpliciter, quia perfectius est sine ratiocinatione intelligere. Sed postea hoc quoque agemus, vtrum relatio sit perfectio simpliciter, de relationibus diuinis disputantes. Alias innumeras distinctiones

S. Anselm. Talis non est ratiocinandi facultas, & tamen est perfectio absolute.

A perfectionis omittimus, quæ memoriæ oneri sunt, & nulli vtilitati.

Contra hanc opinionem illud est caput argumentorum; quod relatio ut relatio, est ad aliud; perfectio autem est ad se. Quod videtur confirmari verbis S. Thom. 1. p. quæst. 42. art. 4. ad 2. docentis perfectionem esse quid absolutum. Sed ex ea disputatione, quam fusissimè tractauimus, quod relatio etiam ut est ad aliud, est ens reale, clarissimè liquet ipsum, ad, relatum, esse accidens adhaerens subiecto, licet non consideretur, ut adhaerens: & idcirco relatio secundum esse reale, quo cõiungitur cum subiecto, perficit illud qualicumque perfectione, ut declarauimus. At verò Sanctus Thomas eo loco agit de perfectione diuina, quæ est quid absolutum; & hoc indiget maiori cura, & solertia, quod capite sequenti tractabimus.

Confirmatio.

Quod relatio creata sit bona docet haud dubiè Philosophus 1. Ethic. cap. 6. diuidens bonum per omnes categorias; cum quo S. Thom. & reliqui Philosophi, Doctoresque consentiunt: ergo relatio quæ est in categorijs numeranda, nõ potest excipi à bono, quod est passio entis. Imò ex sacris literis ostendimus omnem creaturam Dei esse bonam; est ergo & relatio bona: neque à bonis relatio, quæ est ens creatum, videtur posse excludi. Bonum autem etiã perfectum est, ut docet S. Thom. 1. p. q. 5. & nos capite sequenti monstrabimus. Igitur relatio bona est, & perfecta. At verò 4. contra gent. cap. 14. probat Doctor Sanctus relationes esse in Deo, quia sunt perfectiones; satis apertè affirmans relationes creatas esse perfectiones, aliàs nulla esset consequentia, ut eas Deo tribueret. Ioan. Scotus in 1. d. 1. q. 2. affirmat relationem habere propriã bonitatem, eo argumento, quo Aristot. diffusum esse ait bonum per genera rerum. Durand. in 2. dist. 34. quæst. 1. ad 3. minimè dissentit. Et consentiunt quidam alij. Sed quod relatio sit perfectio, & bonum quoddam habentis, non planè affirmant: Sed iisdem testibus corroboratur; nam si relatio est quid perfectum, cum nihil habeat quod subiecto non tribuat, suo quoque modo subiectum perficit.

CAPVT

16. Obiectio capitalis.

S. Thom. Responsio.

S. Thom. explicatur.

17. Aristot. iam supra ductus.

S. Thom.

Scotus ex Aristot.

Durand. Quidam partem asserti concedentes, ad totum trahuntur.

CAPITULUM X.

Relatio realis distinguitur ex natura rei à rebus absolutis.

Siquidem constat esse relationes reales in natura rerum, in illisq; rationem boni, & perfecti inueniri, consequitur disputatio, vtrum à rebus absolutis distinguantur ex natura rei. Distinctionis autem meditatio ad naturam rei indagandam plurimum confert. Duabus partibus caput secamus.

Prima pars. Relatio à rebus absolutis re ipsa aliquando distinguitur.

Secunda pars. Relatio à rebus absolutis distinguitur formaliter ex natura rei.

PARS PRIOR.

Relatio à rebus absolutis re ipsa aliquatenus distinguitur.

PRIMA ergo opinio est relationes reales non distingui re ipsa vlllo modo à rebus absolutis, sed sola cogitatione mentis. Cuius sententiæ assertores non aiunt relationes esse sola nomina rerum, aut extrinsecas denominationes: quia sic opinando non poneret relationes esse veras res. Sed cum censeant eas esse veras res, negant distingui à rebus absolutis, sicut sapientia diuina est res vera, quæ tamen non distinguitur à iustitia. Hæc existimatio placuit imprimis Nominalibus, qui rerum distinctionem tribuunt nominibus. Ita Guilhelm. Ocham. in 1. d. 30. & 31. Greg. d. 28. q. 2. consentire videtur, & alij Doctores, Syluest. in conflato q. 28. dub. 1. vbi ait relationem, & absolutum sola denominatione distingui. Et Hervæus d. 30. art. 1. & quodlib. 7. q. 15. & quodlib. 10. q. 1. qui relationes appellat denominationes, & ait eas non accipi ab entitatibus rerum, sed ex consortio rerum absolutarum. Durand. etiam qua parte credit quasdam relationes esse solas appellationes, ab ijs non discordat in 1. d. 30. Quin etiam Ioan. Scotus in 2. d. 1. q. 5. & in 3. d. 8. q. 1. quasdam relationes ait non distingui à suis fundamentis, quæ sunt res absolutæ.

At verò vt relationes predicamenta-

Ales, quæ sunt reales non videantur esse solæ appellationes, explicant quidam similitudinem, verbi gratia, nihil omnino addere albedini, quod sit in ipsa re alba; sed solum addere terminum, qui est altera albedo, siue similitudo altera opposita: quod tamen additum nihil est in ipso primo albo; sed albedo, quæ est in illo, prout respicit aliam albedinem, est ratio completa similitudinis. Et quia albedo sola non est similitudo, nisi addatur alia albedo in alio subiecto; hinc (inquiunt) fit, vt albedo, quæ sola non erat similitudo, additâ aliâ sit similitudo, absque vlla omnino mutatione sui, sed alterius albi, quod denuò factum est album.

Tota isthæc opinio, & explicatio opinionis lōgis interuallis à vero disidet; hoc probant satis superque communia, tritaque argumenta. Est enim relatio, verbi gratia similitudo, res quæ dā creata, quæ aduenit albedini præexistenti, ergo non est omnibus modis ipsa albedo: eadem enim res non potest præexistere sibi ipsi, & se ipsam reali existentia antecedere tempore, vt perspicuum est. Et simile argumentum est, cum perit similitudo in isto albo, manente albedine; eadem enim res, quæ manet, non potest interire.

Respondent relationem oriri, aut interire quoad terminum; quia addito termino res, quæ erat albedo, est realis similitudo; & ablato termino, res quæ erat similitudo, manet albedo. Sed hæc responsio est valde inutilis, & inepta; nam etsi relatio respiciat terminum intrinsecè; tamen si res vera est, ex propria ratione sua formali proprium habet ortum, & interitum, ita vt ipsamet res oriatur, & intereat. At verò nulla res formaliter oritur, aut interit per hoc duntaxat, quia alia res distincta, aut producitur denuò, aut perit: sed solo nomine dicetur quasi ab extrinsecò, aut incipere, aut finire; sicut paries desinit videri, homine non aspiciente.

Et hoc idem cōfirmatur euidenti argumento; nam relatio, cum non sit ens increatum, sed creatum, est per se primo productum aliqua actione, aut perfecta, aut imperfecta; aut saltem est per se effectus alicuius causæ efficientis: quod si est omnino res eadem, quæ est fundamentum absolutum; simul etiam

d. 47. sect. 2. Dicit 1. quod similitudo v. c. non addit albedini aliquid, nisi alteram albedinem terminantem.

Dicit 2. quod similitudo significat albedinem, vt respicientem aliam albedinem.

3. Sent. affirmat vt in tit. Contra primam, & explicacionem additam, 1. Probatio.

Eadem res non potest seipsam reali existentia antecedere tempore. Nec potest res eadem quæ manet, interire.

4. Responsio.

Refutatur.

Res vera ex propria ratione formali proprio habet ortum, & interitum, non alieno duntaxat.

5. Refutationis confirmatio euidentis.

Ens creatum est per se effectus alicuius causæ efficientis.

1. Sentent. negat.
Proponitur in vero sensu.
Auctores.
Ocham.
Greg.
Syluest.
Hervæus.
Durand.
Scotus.
2. Explic. addita Soar. in met.

Ex Aristot. Ea quae omni- no sunt idem eadem actione per se primo efficiuntur.

6. 2. probatio.

Hae nomina albedo, & simili- tudo no sunt synonyma.

Nomen, simi- litudo, no sig- nificat princi- paliter simul absolutum, & relatiuum plu- ribus concep- tibus.

Nec significat principaliter absolutum.

Significat principaliter, & formaliter ipsum respec- tum absoluti, v. c. albedinis ad aliam albe- dinem.

3. probatio colectaria im- pugnat primu dictum expli- cationis.

cum fundamento per se primo produ- citur. Ita enim Aristot. decernit lib. 4. metaph. cap. 2. tex. 3. ea, quae omnino sunt idem, vt ens, & vnum eadem ac- tione per se primo effici; ergo relatio simul cum fundamento oritur, & interit, quod est falsum, vt liquet; siquidem fundamentum antecedit tempore rela- tionem: omnino igitur confitendum est relationem distingui re ipsa a fundamē- to; & per se produci praexistente fun- damento; seu etiam manente fundamē- to interire.

Præterea relatio, verbi gratia, simili- tudo, aut significat solam albedinem, in qua fundatur; aut albedinem, vt respi- cientem terminum, vt quidam explicat. Primum dici non potest; essent enim syn- nonima similitudo, & albedo, & nulla esset relatio, neque etiam rationis; siqui- dem nomina relatina significarent solū- modò res absolutas; quod neque cogi- tando fingi potest: significat ergo hoc nomen, similitudo, ipsam albedinem, vt respicientem terminum. Progrediamur inquirendo; hoc enim nomen, similitu- do, aut significat albedinē simul, & res- pectum ad terminū principaliter, quod fieri non potest; significaret enim simul absolutum, & relationem pluribus con- ceptibus; & non esset nomen vniuocum, neque quod posset in genere collocari; aut significat albedinem principaliter, quod non minus falsum esse constat; quia esset nomen absolutum, cuius for- ma significata esset res absoluta: signi- ficat ergo principaliter ipsum respectū, qui est ipsa relatio prædicamētalis; neq; enim similitudo est relatio transcendēs albedinis ad albedinem: ergo nomen si- militudo non significat albedinem, vt respicientem, sed ipsum respectum, siue relationem formaliter significat: ergo

falsa est illa explicatio, quod similitu- do, verbi gratia, significet albedinem, vt respicientem aliam albedinē; siquidē comprobatum est hoc nomine non sig- nificari albedinem, sed ipsum respectū, siue relationem vnius albedinis ad aliā. Et illud alterum eodem argumento re- futatur, quod similitudo non addat albedini aliquid, nisi alteram albedinem terminantem. Cum enim nomen hoc, si- militudo, non significet albedinem, vt probauimus; neque addat albedini ali- quid, quod sit in ipsa, sed extrinsecam

albedinem terminantem, vt illi aiunt: consequitur, vt similitudo in re, cui in- est, nihil sit; probatur, quia nomine si- militudinis non significatur albedo, & albedini nulla res additur, quae isto no- mine similitudinis significetur; ergo no- men, similitudo, nullam rem significat, scilicet neque albedinem, neque rem di- stinctam ab albedine. Hoc idem com- probatur; nam omnino necesse est, vt si- militudo sit res quaedam addita albedi- ni, saltem ratione distincta: aliās nulla res est; neque enim similitudo in vno albo, est alia albedo addita terminans il- lam priorem albedinem; sed est aliquid in illo priori albo, ipsi albo inherens, vt illi consentitur, & perspicuum est: est er- go similitudo in illo albo, cui inest, res quaedam, saltem ratione distincta ab al- bedine; & nostro saltem modo cogitan- di, est res addita albedini; & differt de- finitione ab albedine, vt liquet: quæ au- tem differunt definitione, differunt re ipsa, vt lib. 1. probatum est: ergo albe- do, & similitudo sunt res duæ aliquali- tēr distinctæ re ipsa. Attributa autem diuina, neque differunt propria defini- tione, neque distinguuntur re ipsa, etsi differant rationibus formalibus, prop- ter infinitatem Deitatis.

Noua tamen opinio nobis occurrit, qua euadamus isthæc argumenta, scilicet, vt dicamus relationem nō esse rem distinctā ratione formali ab absolutis, sicut distinguuntur attributa; sed esse il- lud absolutum, in quo relatio ipsa fun- datur, cognitum non absolutè, sed rela- tiuè: sicut enim dicimus, quod eadem res, verbi gratia, albedo, diuersis nomi- nibus, & conceptibus est actus, & est perfectio, & hæc tria sunt res vna, scilicet, albedo; ita ipsa albedo cognita ad aliud est similitudo. Et cum dicitur ad- uenire similitudo, non aduenit res, sed eadem albedo cognita nouo conceptu habet nouum nomen relationis: ita vt hoc nomen significet ipsam rem, sed no- uo modo intellectam, scilicet ad aliud. Et hac ratione videtur posse explicari præcedens opinio.

Sed & hic opinandi modus falsitatis convincitur. Primò, quia hoc nomen, re- latio, vt probatum est, non significat for- maliter rem absolutam; quare non po- test esse res eadem absoluta alio modo cognita. Secundò, in his quæ sic distin- guuntur

Consequitur vt similitudo in re cui inest, nec sit albedo, nec res distin- cta ab albedi- ne. 4. probatio impugnans i- dem dictum. Cū similitu- do per aduersa- rios sit aliquid in priori albo, ipsi albo inherens, ac proia- de differens ab albedine saltē definitione, dif- fert ab ea re ip- sa. De attributis dispar ratio.

7. Noua harum probationum euasio, qd scilicet relatio sit ipsū absolutū cog- nitū relatiuè, vt de actu, & perfectione lib. 3. c. 7. a num. 12 & c. 8, num. 33.

8. Refutatur 1. ex 2. probatio- ne. Refutatur 2. In his quæ di-

guuntur

stinguuntur pe- nes solū modū cognoscēdi, & significandi, ea quæ definiēdo adduntur, indi- cantur in obli- quo. Exemplum de perfectione, vbi supra.

Aliās perfectio non esset res, sed negatio, vel relatio. Relatio realis non significat formaliter, & in recto re ab- solutam, sed re- lationem, siue esse ad aliud.

Res creatæ suis definitionibus coequatæ sunt, & definitæ, at- que ideo distin- ctæ re ipsa.

Refutatur 3. Hæc quæ diffe- runt solo mo- do intelligen- di, sunt res sua- pte naturā ex- plicabiles di- uersis modis, vnde illa no- minasēper ijs- dē conueniūt.

Refutatur 4.

guuntur penes modum cognoscendi, ea quæ definiendo adduntur, non sunt res formaliter significatæ, sed in obliquo, & aliquādo indicant etiam relationes rationis, aut negationes; verbi gratia, perfectio est actus vltimus, & conueniens; vltimum significat negationem, scilicet, quæ non est posterius, aut certè relationem rationis, si dicas esse positium, vt primum, quod relatiuè dicitur; & conueniens similiter significat ibi relationem rationis, vt hoc libro dicemus: quæ relationes non significantur formaliter nomine perfectionis, sed in obliquo, & ex modo intelligendi indicantur: aliās perfectio non esset res, si nomine perfectionis formaliter significaretur relatio rationis, quæ nō est res. At verò relatio realis non significat formaliter rem absolutam, vt diximus, sed ipsam relationem, quæ est res: quare nō differt ab absolutis solo modo intelligendi, sed re ipsa significata per nomen. Et cum definitur per hoc, quod ad aliud est, definitur per esse, quod est reale; quare ipsam esse ad aliud, quæ est res addita absolutis, est vera res, & definitione distincta ab absolutis: res autem creatæ suis definitionibus coequatæ sunt, & coarctatæ, vnde & definitæ dicuntur; quibus oportet eas esse re ipsa distinctas: nam actus, & perfectio ita definitione differunt, vt id, quod additur definiēdo non sit res, sed relatio rationis, & in obliquo duntaxat sit additamentum; relatio autē in recto significat id, quod cogitando additur absolutis, & illud idē formaliter est res, haud dubiè res distincta, saltem ex natura rei. Denique hæc quæ differunt solo modo intelligendi, sunt res suapte natura explicabiles diuersis modis; vnde illa nomina semper ijsdē conueniunt; albedo enim semper est actus, & perfectio, quia est res vna pluribus modis explicabilis: relatio autē aduenit tempore præexistenti absoluto; ergo non est ipsum absolutum diuerso modo cognitum; sed est nomen nouum, & noua consideratio rei. Vnde petimus postremum argumentum firmissimum; nam intellectus intelligit res comparādo illas cum alijs, quæ comparatio coniuncta est cum relationibus rationis; ergo si albedini, verbi gratia, nihil aduenit, nisi noua meditatio animi, qua cogitatur simul cum alio, sufficit ad hanc

A cōparationem relatio rationis. Et quod sit rationis probatur, siquidem non aduenit noua res, sed noua consideratio; igitur si (id quod omnes fatentur) relatio est vera res, necesse est, vt re ipsa aliquatenus distinguatur ab absolutis. Ex quibus omnibus colligimus eam opinionem, quæ asserit relationē creatam esse rem, & non esse distinctam à rebus absolutis, esse incredibilem. Sed deberet hoc quoque providere vir theologus, vt rebus diuinis consecrante philosopharetur, si enim relationes creatæ non sunt res, præter res ipsas absolutas, consequens est, vt relationes diuinæ, quæ non sunt res absolutæ, non sint res relatiuæ; siquidem relatio nihil est, nisi res ipsa absoluta, vt illi aiunt. Aut ergo dicendam est personas diuinæ esse res absolutas, aut non esse relationes; cuius consequentis pars vtraque fidei Catholicæ contraria est. At verò quod relatio realis distinguitur ex natura rei à rebus absolutis, doctrina est captu facilis, & hoc ipso est doctrina prudentum, quæ ex mente sapientis facilis est, Prouerb. 14. Et suadetur hoc, quia est relatio ens habens essentiam, & existentiam, definitioneque distinctum ab omni ente absoluto, cum sit ad aliud: quod est luculentissimum argumentum distinctionis in re ipsa, siue ex natura rei.

C *Confirmatio.* Hæc est sententia S. Thom. quam ita dilucidè asseruit, vt quidam arbitrati sint Doctorem nostrum posuisse distinctionem hanc absolute realem, vt parte capituli secunda dicemus, & est Thomistarum communis. Legito Ioan. Capreol. d. 30. q. 1. Thom. Caiet. q. 28. Francisc. Ferrar. 4. contra gent. cap. 14. Iisdem locis legendus est S. Thom. & in 1. d. 33. q. 1. art. 3. ad 2. & q. 8. de potent. art. 2. Consentiant Durand. & Ioan. Scotus quoad aliquas relationes, quas aiunt à rebus absolutis distinguui, vt præmonuimus.

D *PARS POSTERIOR.* Relatio à rebus absolutis distinguitur solū formaliter ex natura rei.

Quoad secundum quæ situm est opinio

Si nō aduenit noua res, sed noua consideratio cōparatiua, ad hanc sufficit relatio rationis.

10. 5. probatio, suaforia.

11. 6. probatio, suaforia. Sent. affirmans est captu facilis, & hoc ipso doctrina prudentum. Confirm.

Capreol. Caietan. Ferrar. S. Thom. Consentiant Durand. & Scotus quoad aliquas relationes.

1. Sent.

Caietan.

Capreol. non
Ferrari. non
quod relatio
a fundamento
distinguat
distinctione reali
simpliciter.

Contraitur
Caietano cō
tendenti eam
sententiam esse
S. Thom.

Ratio,
2. Sent. Scoti
consona pra
cedenti quoad
aliquas relatio
nes.

Sumitur ex ip
sius regula de
distinctione
reali.

Ea regula im
probata est lib.
1. c. 17. p. 2. n. 2.

Pro resolutio
ne recolenda
reg. de distin
ctione reali, tra
dita ibidem n.
4. 6. & 7.

Exemplum.

Joseph. C.
Capreol. C.
Ferrari. C.
S. Thom. C.
S. Thom. C.
S. Thom. C.

Sententia
est resolutio
tuli.

Declaratur ex
plo figura.

Thom. Gaict. quam multis tucetur
1. p. q. 28. art. 2. ad 2. Et eadem est Ioan.
Capreol. d. 3. q. 1. Et Francisc. Ferrar.
4. contra gent. cap. 14. quod relatio a
fundamento, distinguatur realiter. Cum
autem Thomistae absolute dicunt distin
gui aliqua realiter, intelligunt id genus
distinctionis realis, quam dicimus sim
pliciter, & absolute realem, quae non est
sola formalis, aut modalis, quando ab
solute sunt res plures distinctae. Et con
tendit Caiet. quod ista sit sententia S.
Thomae, nos vero Caietano hac in re
contraimus. Nam dicta S. Thomae, quae
affertur, cum obscura sint, ut eius as
serta, nihil de questione hac videntur
indicare, ut statim iudicare licebit. Ioan.
Scot. in 2. d. 1. q. 5. & in 3. d. 8. q. 1. ait
quasdam relationes distinguere re ipsa a
fundamento, quasdam non distinguere.
Hae autem conformantur regulae suae, quod
ea quae possunt existere sine alijs, distin
guantur ab eisdem: quod si sine alijs non
existant, ab eisdem non distinguantur.
Relatio ergo creaturae, quia nunquam
res creata existit sine illa, non distinguitur
ab eadem; similitudo vero, quia sine
illa existit albedo, res distinctas esse as
firmat. Cum ergo lib. 1. regulam istam
falsi arguimus, hae quoque, quae ad re
gulam diriguntur, sunt satis improbata.
Ad questionem autem elucidandam
commemoranda sunt ea, quae diximus
lib. 1. de distinctione reali: eam enim
normam huius rei instituimus, ut res quae
ita per se cohaerent, ut non sine aliorum
quasi additamenta, siue appendices, ce
seamus esse, dicique absolute distinctas;
sicut enim augmentum caloris non est
res distincta a calore; ita etiam virgula
aurea conuersa in circulum non videtur
immutata per accessum rei aliterius, sed
per mutationem ipsius quantitatis; ita
ut figura non sit res distincta a quantita
te, sed ipsa quantitas cum hoc augmen
to ontis, quo fit circulus.
Igitur qui hanc opinionem conse
quuntur, docent quidem figuram esse
speciem qualitatis, esse formam quae dat
esse formale, esse essentiam quandam in
specie constitutam genere, & differentia
constantem, cuius sit propria existentia:
et ita essentia, existentiaque figura distin
guantur re ipsa ab essentia, existentiaque;
quantitatis, quo est aliud genus; sed est
tamen in re ipsa distinctio, non absolute,

A sed aliqualis distinctio, ita ut in sensu
identico quantitas sit figura, siue actio
est passio in sensu identico; quia non
sunt absolute res duae, sed res augmen
tata, siue res cum appendice: & haec di
citur formalis distinctio adeo in scholis
usitata; ea enim est formalis distinctio,
quae est duarum formarum, & non est
absolute realis. Quod si inter aliquas
formas essentialiter distinctas concedi
tur realis identitas cum formali distin
ctione, nihil est quod merito, ac iure
possit dici idem cum alio, quam ut re
latio sit idem cum fundamento: nam
relatio est minimū ens, ut Avicena no
tauit, & totum eius esse est ad aliud, ita
ut ferè non contingat fundamentum, in
quo est; ergo non est res absolute distin
cta a fundamento, sed est idem funda
mentum, ut est ad aliud. Haec autem o
pinio valuitiam contra Auctores reci
tatos; quam sine causa negant esse S.
Thomae sententiam, reiicientes Opus
culum 48. ab operibus S. Thomae quo
alias saepius videntur S. Thomae sectato
res. Eo vero Opusculo cap. 2. sic dicitur;
Non est intelligendum, quod similitudo
Socratis sit aliqua res in Socrate di
stincta ab albedine; sed solum est ipsa
albedo, ut se habet ad albedinem Plato
nis, ut ad terminum. Et subdit ratione.
Si enim similitudo adderet supra albe
dinem rem aliquam, nullo modo posset
fieri similis alicui sine mutatione, quod
est falsum. Ecce verbis planissimis S.
Thomae (si tamen eius est Opusculum) si
dem facit nostrae opinioni. Neque par
ui pendendum est argumentum, quod si
relatio distingueretur a fundamento, ita
ut esset res alia omnino distincta, non
sequeretur fundamentum naturali con
sequentia, sed per operationem distin
ctam efficeretur; atque ideo cum aliqua
mutatione subiecti. Idem censent Ia
uellus 5. Metaph. & Dominic. Soto in
Prædicamento ad aliquid, & alij Tho
mistarum.

B
D

C

D

D

Quod vero S. Thomae non sit in parti
bus aduersis proculdubio credimus. Re
citantur eius verba q. 8. de potent. 2. 1. 2.
ad 1. Ad primum ergo dicendum, quod
nulla substantia, quae est in genere, potest
esse relatio; quia est definita ad unum ge
nus, & per consequens excluditur ab a
lio genere. Cum ergo sint aliqua rela
tiones fundatae in ipsa substantia; conse
quens

In sensu iden
tico quantitas
est figura, siue
& actio est pas
sio.

Ex Avicen.
Relatio est mi
nimū ens; & to
tū eius esse est
ad aliud, ita ut
ferè non contin
gat fundamen
tū in quo est.
Haec sententia
est S. Thomae
Opusc. 48. q. 2.
ab eius operibus
Auctores con
trarij immeri
tò reiiciunt.

Ratio S. Do
Etonis.

Si relatio esset
res alia distin
cta, non seque
retur fundamē
tum naturali
consequentiā,
sed per opera
tionem distin
ctā efficeretur.

Iauellus.
Soto.

Ad loca
S. Thomae
pro 1. sent.
Ad 1. locum

fo
ti
G
tu
fo
Ge
fal
ter
di
A
sim
ter
Ad 2
Dist
mal
vt re
se co
esse r
rum
Ad 3
Eade
ad co
nem,

Explicatio. S. Doctor loquitur in se-
formali, vult enim substantia in Deo esse formaliter relationem.

Genera rerum non distinguuntur realiter absolute

Genera rerum saltem formaliter in re ipsa distinguuntur.

Arist. locus similis, similiter explicatur.

Ad 2. locum. Distinctio formalis sufficit ut relationis esse consequatur esse rerum aliarum.

Ad 3. locum.

Eadem sufficit ad compositionem.

quens videtur esse, ut sint res distincte. **A** Sed equis non videat S. Thomam loqui in sensu formali? Idem enim in argumento assumptum erat, quod substantia, & relatio sunt primo diuersa. Hoc autem S. Thom. in relatione creata concedit, quia distinguitur genere a substantia. Sed quod distinctio quaecunque generis sit absolute realis, apud S. Thom. non ostenditur; aliis iam pridem cessauimus; neque enim dubium est relationem fundari in generibus alijs; vel in quantitate, vel qualitate, vel etiam in substantia: quod si omnia genera essent res absolute distincte; dubium non esset relationem quoque esse rem distinctam a fundamento, siquidem genera distincta sunt fundamentum relationis: & relatio est genus distinctum. Dicimus ergo genera rerum saltem formaliter distingui, & relationem creatam a fundamento formaliter distingui: at vero relatio diuina neque formaliter ab essentia distinguitur, ut postea dicemus, eò quod est extra omne genus: & ideo substantia in Deo est formaliter relatio, quod S. Thom. vult loco commemorato. Ad eundem sensum Arist. 1. Physic. tex. 26. docet substantiam nulli rei esse accidens; quia scilicet alia est ratio substantiae, & alia ratio accidentis: non ideo tamen sunt res simpliciter distincte; sed potest esse accidens, quod sit forma substantiae, formaliter duntaxat a substantia distinctum; qualis est relatio distinctionis, aut similitudinis, quae in substantia creata fundatur.

Deinde quod S. Thomas ait 4. contra gent. cap. 14. relationis esse consequi esse rerum aliarum, nos quoque sentimus; eò quod relatio sit essentia distincta habens esse distinctum a fundamento, ut diximus. Quare cum fundamentum sit causa relationis, relatio, & suum esse posteriora sunt; non tamen hoc fit, ut sint res omnino distincte, sicut de figura, & de quantitate dicendum est. Quod verò asserit in 1. d. 33. q. 1. art. 1. relationem creatam efficere compositionem cum absoluto, nullius momenti argumentum est: distinctio enim formalis, quae est in re ipsa, qualis qualis distinctio, satis est, ut subeat compositionem; qua ratione distinctionem formalem attributorum reprehendimus, ut compositionem in Deo caueamus.

Vltimus locus residuus est 1. p. q. 28. art. 2. ad 2. ubi S. Thom. docet, quod in rebus creatis praeter relationem est res alia absoluta; in relatione autem diuina, non est res alia absoluta a relatione distincta. Haec verba intelligenda sunt de subiecto, siue extremo relationis, quod non sit simul fundamentum relationis; verbi gratia, praeter similitudinem fundatam in candore, est res alia absoluta scilicet substantia; itaque in his accidit, ut relatio sit res simpliciter distincta ab absoluto, scilicet, a subiecto, non a fundamento: quando verò subiectum est simul fundamentum, praeter relationem est res alia absoluta; quia etiam tunc subiectum, siue fundamentum distinguitur formaliter a relatione; & in his etiam relatio est res alia, non absolute, sed aliquantulum alia: relatio autem diuina est omnino res eadem absoluta, quae est essentia. Et ita longum est discrimen inter utramque relationem in creatam, & creatam, quod S. Doctor vult indicare. Itaque S. Thom. neque de fundamento fecit mentionem vllam, neque verò asseruit vniuersim praeter relationem esse rem aliam. Et quouis modo relatio creata res alia sit, siue simpliciter, siue aliquantulum, id est formaliter, hoc satis est ut longè absit a relatione diuina, quae est res omnino eadem cum essentia absoluta.

Confirmatio.

Haec sententia attribuitur S. Augustino lib. 5. de Ciuit. Dei cap. 18. & S. Anselm. Monolog. cap. 24. Sed potius hi Patres affirmant relationem accidere subiecto sine mutatione, quam esse idem re ipsa. Quod tamen aperte affirmat S. Ioann. Damasc. in sua dialect. cap. 50. Oportet (inquit) ea, quae ad aliquid dicuntur, prius ad aliud praedicamentum reduci tanquam separatim considerata, & tunc demum, ut habitudinem, & affectionem ad alterum habentia. Ergo res eadem prius ponuntur in alijs praedicamentis rerum absolutarum, deinde in genere relationis: non sunt ergo res simpliciter distincte relatio, & absolutum. Idem docet S. Thom. Opusculo 48. quem locum iam commemorauimus cum Iauello, & Dominico Soto, & alijs.

6. Ad 4. locum.

In creatis subiectum relationis quando non est fundamentum, est res alia absoluta distincta ab eacaliter.

Quando est fundamentum, distinguitur ab ea formaliter.

Relatio diuina est omnino eadem res absoluta, quae est essentia.

7. Hae sententia tribuitur S. August. & S. Ansel. aliud potius affirmantibus. Patrocinator apertissime S. Damascenus.

S. Thom. ubi supra n. 1.

CAPVT XI

Argumenta refelluntur.

QVod relatio, & fundamentum sit res eadem omnino, videtur doceri in Thom. & S. Ioan. Damasc. locis commemoratis. Et hoc ipsum probatur non sperendis argumētis: Albedo enim in vno corpore, si extet alia albedo in alio, per se satis est, vt reddat aliud simile alteri; ergo non est necessaria ad hoc ipsum prstandom, res alia ab albedine distincta, quæ sit similitudo.

Secundò: Si Deus rem istam, quam aimus distinctam, scilicet similitudinē, tollat manentibus alijs; adhuc alba erūt similia: ergo non est necessaria similitudo, quæ sit res distincta. Et confirmatur, quoniam etsi dicamus hoc esse impossibile, vt ab albedine, manente alia albedine, tollatur similitudo; tamen propositio conditionalis est vera data hypothese impossibili, scilicet, quod manentibus albis maneret similitudo; ergo data hypothese verū est, quod albedo ipsa faceret simile. Quid ergo prohibet, vt seruato ordine nature albedo faciat quoque simile? Imò hoc est necessarium; si enim simile in illa hypothese esset effectus formalis albedinis; cum effectus formalis non separetur à forma; concedendum est secundum naturam rerum nulla data hypothese, simile esse effectū albedinis; & nullam esse similitudinem distinctam ab albedine, quæ sit causa formalis similis. Alia argumenta potius comprobant relationes non esse res, quam non esse distinctas à fundamentis: vt quod non sit ponendus tantus rerum numerus; quod adueniat relatio sine mutatione subiecti. Et his iam fecimus satis prioribus quæstionibus.

Pro parte contraria arguēdo ostenditur, relationes esse res simpliciter distinctas ab absolutis. Primò: substantia nulli rei est accidens, vt docet Aristot. 1. Phisic. cap. 3. Sed relationes nonnullæ adhærent substantiæ absque medio, & fundantur in illa; ergo eę sunt res distinctæ simpliciter à substantia.

Præterea: Relationes adueniunt, disceduntque manentibus fundamentis: & intenditur similitudo, dum remittitur albedo, cum id, quod est magis albū,

A remissione albedinis accedit ad minus album; cum ergo de relationibus, & fundamentis contraria dicantur, oportet esse res absolute, simpliciterque distinctas.

Aduersenda.

PRO tuenda opinione nostra nihil nos noui afferimus, sed ea, quæ in quæstionibus alijs oportet esse constituta. Illud esto primum, quod sint res quædam, quæ non possunt cogitari re ipsa separata, vt linea sine punctis medijs, aut vltimis; quantitas sine figura;

B & alia huiusmodi. In his igitur occurrūt vulgaria illa quæstia: Vtrum Dei potentia possint res istæ separari, quæ non possunt cogitari separata? Ioan. enim Scotus credidit eas res nullo modo esse distinctas, quæ neque Dei potentia sunt separabiles. Quod aperte est falsum, nā simile sine simili existere non potest, neque Pater sine Filio, cum sint res maxime distinctæ: imò in Deitate Pater secundum essentiam non potest separari à Filio, & est res distincta; vtrumque assertum est fidei Catholicæ documentū.

C In his etiam dicendum est, quod cum ab indiuiduo non sit dependētia essentialis, si Deus separaret formam naturaliter emanantem, alia forma eiusdem speciei à natura proflueret: quare si Deus tolleret vnam figuram à quantitate, emanaret alia similis; & si tolleret relationem vnam, oriretur alia eiusdem speciei.

D Non tamen existimo esse incredibile, quod tollat Deus à quantitate figuram; siquidem figura non clauditur in ipsa essentia quantitatis, aut in eius definitione: nam à linea Deus non potest tollere puncta, quia linea est essentialiter cōtinuum, quod est in diuisibilibus copulatum; & ita puncta pertinent ad definitionem lineæ, vt sunt intrinseca ipsi essentia, ad modum partium: nam etsi quæuis pars non sit essentialis quantitati, habere tamen partes essentialē est. Quantitas igitur ablata figura adhuc esset quasi radicaliter figurata; sicut corpus ablata quantitate creditur posse manere, quasi radicaliter dimensum, quod valdè observandum est: non figurata accidente, sed suapte natura sic extensa, & vt figurata cogitari possit. Et de relatione similiter dicendum, quod cum non sit

De his quæst. Vtrum Dei potentia possint separari? Scoti regula de qua cap. 10. p. 2. n. 1. Refellitur in creatis, 2. in diuinis.

De his quæst. Vtrum Dei potentia possint separari? Scoti regula de qua cap. 10. p. 2. n. 1. Refellitur in creatis, 2. in diuinis.

Si Deus separaret formam naturaliter emanantē, alia forma eiusdem speciei à natura naturaliter proflueret.

Non videtur incredibile diuinitus posse tolli a quantitate omnem figuram. Ratio.

Dispar ratio de pūcto, quia scilicet cōtinetur in definitione lineæ. Quantitas ablata figurā adhuc esset radicaliter figurata, declaratur hoc

Similiter potest tolli a duo

Cōtra inscrip. partis 1. cap. 10. re 3. Thom. & S. Ioan. Damasc. locis commemoratis. Et hoc ipsum probatur non sperendis argumētis: Albedo enim in vno corpore, si extet alia albedo in alio, per se satis est, vt reddat aliud simile alteri; ergo non est necessaria ad hoc ipsum prstandom, res alia ab albedine distincta, quæ sit similitudo.

1. argum.

Confirm.

Alia argum.

Cōtra inscrip. partis 2. c. 10. 1. argum. ex Aristot.

4. argum.

bus albis realis similitudo.

fit de essentia absolutorum, possit separari manentibus absolutis; v. g. potest tolli relatio realis similitudinis manentibus albis; non potest tamen emoto vino albo, manere similitudo in vno solo albo; quia alterum album pertinet ad definitionem similis: essent autem illa alba similia similitudine orta ex modo intelligendi, quæ non esset realis relatio in ea hypothese, & illo euentu reru, quo Deus tolleret similitudinem illam, & cohiberet fluxum alterius similitudinis eiusdem speciei, qui est naturalis, vt admonuimus: sed in illis albis similitudo esset relatio rationis distincta genere ab ea, quæ est realis, quæ dicimus posse auferri diuinâ potentia. Quod si cui magis placet hæc non posse separari vllâ potentia; quod de figura, & quantitate libitum fuerit, de fundamento, & relatione licet nobis tenere; nihil hinc noui inducentibus, sed in alijs quæstionibus decreta, & stabilita.

Illa alba similia essent duntaxat per rationem.

3. dictum.

Qui tenent figuram esse inseparabile diuinitus a quantitate, idem de relatione concedere debent.

2. Aduert. Relatio non est modus rei.

Est forma habens suam propriam essentiam, & existentiam, licet imperfectam.

Ad argum. contra inscrip. p. 1. cap. 10. Ad S. Tho. & S. Damas. ex dictis ibi.

Ad 1. argum. Albedo, cum sit ad se, non facit simile formaliter.

Ad 2. arg. de hypothese quod maneret duo alba sublata relatione similitudinis.

Respond. vt n. 7.

Deinde etiam aduertendum est, quod relatio non est modus rei neque enim (vt quidam crediderunt) omnia que distinguuntur ex natura rei, sunt modi ipsius rei, quod lib. 1. docuimus: sed relatio est forma dans esse, & habens suam essentiam definibilem proprie, & suam existentiam; ita vt non quia est modus rei, sed solum propter imperfectionem suam non sit res absolute distincta a fundamento; est itaque formaliter, & ex natura rei distincta, non simpliciter.

Responsio.

Testimonia que afferuntur ex S. Tho. & S. Ioan. Damasc. declarauimus; affirmant enim probè relationem, & absolutum esse rem eadem, sed non omnino eandem; maxime verò S. Thom. qui alijs in locis tam facit distincta, vt creditus fuerit posuisse distinctionem absolute realem, vt docuimus.

Ad primum argumentum responderetur negando antecedens, quod albedo per se ipsam satis sit vt faciat simile formaliter, vt causa formalis, quia albedo est ad se, simile autem ad aliud.

Ad secundum responderetur concedendo antecedens, quod si Deus auferat reale relationem similitudinis, adhuc alba essent similia; non reali relatione, sed rationis. Et negatur consequentia; quod non sit necessaria illa similitudo, quæ est

A realis relatio; est enim cum ipsa natura rei apprimè copulata, & ideo necessaria, quia esse simile non est effectus albedinis, sed similitudinis. Ad confirmationem responderetur similiter concedendo, quod data ea hypothese, si res possibiles, vt credimus, siue impossibiles, vt alij existimant; conditionalis propositio est vera, quod adhuc alba essent similia, non relatione reali, sed rationis. Sed negatur illa consequentia; Ergo data hypothese albedo faceret formaliter simile: neque enim essent similia per albedinem, sed per relationem rationis extra genus, distinctamque ab illa similitudine, quæ est relatio realis. Alias rectè colligitur argumento, quod si data hypothese albedo faceret formaliter simile, etiam modò iuxta naturam rerum faceret simile. Non tamen est concedendum manere similitudinem sublata relatione reali, ne quis existimet ipsam relationem realem manere; sed erit similitudo alia rationis, non manens eadem, sed noua adueniens.

Ad primum argumentum oppositæ sententiæ responderetur, verissimè dixisse Aristot. substantiam nulli rei esse accidens, cum substantia sit per se, accidens verò in alio: sed non dixit accidens distinguari a substantia perfecta distinctione reali. Verum hoc argumentum urget eos, qui dicunt relationem esse modum rei: nam modus rei existit per eandem existentiam rei, vt lib. 4. comonstrabimus; & modus substantiæ semper est substantialis: atque ita accidens non potest esse modus realis substantiæ; maxime cum non existat per existentiam substantiæ, sed potius in substantia existente. Nihil autem incommodi est, quod relatio, quæ inhaeret substantiæ existenti, & non est modus, sed forma, propter suam imperfectionem non sit res absolute distincta, sed formaliter ex natura rei.

Ad secundum responderetur eodè modo, quod cum relatio sit forma quedam, & essentia suam habens existentiam, nihil mirum est, quod suum habeat modum intensionis, & remissionis, suumque ortum, & interitum distinctum a rebus absolutis. Quod si esset modus rei, posset quoque intelligi, quod manente re adueniret, & abiret; sed quod intendetur modus rei, dum res ipsa remittitur, non esset facile explicatum.

Ad confirm. Respond. similiter.

Data ea hypothese, si albedo faceret formaliter simile, etiam modò faceret simile.

Non est dicendum manere similitudinem sublata relatione reali.

Ad arg. contra inscrip. p. 1.

Ad 1. argum. Aristot. non aduertatur alferendo substantiam nulli rei esse accidens.

Urget eos qui dicunt relationem esse modum rei. Modus substantiæ semper est substantialis.

13. Ad 2. argum. Relatio suam habet modum intensionis, & remissionis, &c.

Quod intendatur modus rei, dum res ipsa remittitur, non facile explicatur.

CAPITULUM XII.

Relationum realium distributio à fundamētis petenda est.

Quoniam tractatus totus de relatione reali plurimum affert emolumenti Theologicae disceptationi de diuinis relationibus instituendis inducimur ad disputandum de fundamento, & termino relationum. Caput habet partes duas.

Prima pars. De relationum distributione per fundamenta.

Secunda pars. Relatorum tria genera explicantur.

PARS PRIOR.

De relationum distributione per fundamenta.

Qui relationem realem existimant non distinguunt ipsam ab absolutis, nequaquam sunt de fundamento illius solliciti: sicut enim nullam causam finalem, aut effectricem illi attribunt, ita neque reale fundamentum possunt illatenus eidem attribuere; fundamentum enim reale antecedit rem fundatam in aliquo genere causae, nullaque res potest sui ipsius esse fundamentum ex natura rei, ut liquet: ergo si relatio nihilo distinguitur ab absolutis, non potest fundari in illis, à quibus ipsis non distinguitur; verbi gratia, non potest fundari similitudo in albedine, neque paternitas in humanitate, & ita de alijs.

Nobis verò dicendum est, relationem realem creatam omnem sibi causam vèdicare; finale, quia relatio est realis perfectio, & expetita à natura propter finem naturam, ut diximus; effectricem, quia relatio est ens creatum, & realis effectus, ut commonstrauimus; materialem, quia est accidens distinctum à ceteris in subiecto existens; & ipsa denique relatio est causa formalis relati. Quamobrem cum fundamentum reale sit causa realis rei fundatae, fundamentum relationis duplex genus causae habet, scilicet causae materialis, & quodammodo effectricis. Quòd fundamentum relationis sit causa materialis illius, omnes consentiunt; quia est quasi subiectum illius: omnes enim res quae ob sui imperfectionem non distin-

guantur ab alijs, quasi fundantur in illis, ut in subiectis; & ipse modus rei substantialis est in ipsa substantia, quasi forma in materia, sed non ut accidens: relatio verò, quae ex sua natura est accidens, est in ipso fundamento, quasi in subiecto inhaesionis, ut similitudo in albedine. Quòd verò relatio oriatur ab ipso fundamento quodammodo in genere causae effectricis, perspicuum est; cum nullam aliam effectricem causam possimus illi ascribere, ut antea ostendimus. Imò relatio in eo genere pendet à fundamento, & conseruatur ab illo, ut lux ab illuminante.

Ex istis colligimus, quòd magis attingit ad rationem formalem fundamenti genus causae effectricis, quam causae materialis: licet enim utrumque genus causae ad fundamentum pertineat; effectrix causa praecipua est in fundamento: nam corpus est subiectum similitudinis, sed similitudo non oritur à corpore, sed à albedine; at relatio unde habet ortum, habet quoque speciem, ut postea dicemus: neque enim species sumitur à causa materiali.

Colligimus etiam, quòd etsi fundamentum sit quasi subiectum relationis, non est necesse ut nominetur ab illa; humanitas enim est fundamentum filiationis, sed non est filius, aut filia. Quamobrem, quia humanitas assumpta à Verbo, ante assumptionem non habebat istam relationem, & hypostasis diuina adueniens non poterat per se ipsam suscipere relationem creatam; nulla relatio filiationis sequuta est, ut S. Tho. probè affirmat 3. p. Ceterae autem relationes, quae non sunt propriae hypostasis, nominant fundamenta in quibus sunt; sicut enim alba sunt similia, ita & albedines sunt similes, & quanta aequalia sunt, & quantitates aequales.

Postremò colligimus non idè necessarium esse subiectum relationis, & fundamentum: nam fundamentum similitudinis est albedo, subiectum autem praecipuum est corpus; accidit autem, ut ipsum subiectum sit etiam fundamentum, ut relatio distinctionis, quae Petrus distinguitur à Paulo, Petrum, & Paulum habet ut subiecta, & fundamenta; & similiter relatio distinctionis, qua vna albedo distinguitur ab alia. Sunt etiam, qui haec nominibus confundant, nam subiectum appellant

Item est causa quodammodo effectrix, & conseruatrix illius. Probat.

3. Corollariu. In fundamento effectrix causa praecipua est. Ostenditur. Relatio sicut ortu, ita & specie habet à causa effectrici, ut ab albedine, non à materiali ut sic, ut à corpore.

2. Coroll. Non est necesse ut fundamentum nominetur à relatione. Ostenditur in filiatione non denominante humanitatem: Unde filiatione humana in Christo non est realis.

S. Thom. Relationes quae non sunt propriae hypostasis, nominant etiam fundamenta.

3. Coroll. Subiectum relationis, etiam praecipuum, potest esse fundamentum, plus. Ostenditur in relatione distinctionis.

Ad confirmandum.

Data est hypothesi.

Ad relatorum distributionem. 1. praecipua. Qui relationem non distinguunt à fundamento re ipsa, non attribuant illi fundamentum reale, ut nec causam realem.

Ratio. 2. praecipua. Relatio habet causas omnes reales.

Ipsa est causa formalis relati.

Fundamentum relationis est causa materialis illius. Probat.

pellant fundamentum; id verò, quod est propriè fundamentū, appellant proximum fundamentum.

6.
3. præsciendum.

Conditio fundandi est conditio causæ efficientis.

Non vt remoueat prohibens. Nec vt admoueat passum.

Præcipua conditio est vt extet aliud ad quod est relatio, etiã si remotissimè

Post hæc discernendum est, quid sit conditio fundandi: cum enim fundamentum præcipuè reuocandum sit ad genus causæ efficientis, conditio etiam fundandi est conditio efficientis causæ, sine qua nihil efficit: sunt autem conditiones agentis, aut vt remoueat id quod prohibet actionem, aut vt admoueat passum; eò quòd agens oporteat proximum esse passio: ortus autem relationis non pendet ab his conditionibus; tum quia si qua actio est, qua producat relatio, non prohibetur illa actio, quia nulli rei est contraria, cum qua pugnet: neque etiam est actio in rem distinctam, cum oriatur relatio in ipsa re, quæ est causa illius, scilicet in fundamento. Præcipua ergo conditio ad naturalem emanationem relationis necessaria est, vt extet illud alterum, ad quod est relatio, etiam in remotissimis mundi partibus: est autem hoc singulare in relationibus eo ipso, quòd sit ad aliud; inde enim efficitur, vt necesse sit existere aliud, ad hoc vt relatio ad illud aliud oriatur. Quòd autem illud aliud, ad quod est relatio, existat in partibus mundi remotis, nihil facit ad rem: quia relatio non operatur in illud, sed tantum refertur ad illud. Quid autem prohibet referri ad ea, quæ loco longissimè distant.

7.
Contra quosdã Relata vnus mundi nõ referuntur ad relata alterius mundi: Ratio.

Sed breuiter notauerim contra quosdam, quòd si Deus crearet alium mundum, res istius orbis vniuersitate contentæ, non referrentur ad res pertinentes ad alium mundum: quia vniuersitas ipsa vnus mundi est finis rerum contentarum in illo; quæ suapte naturã non sunt ordinata ad mundum alium; quare neque sua natura referuntur ad res alias extra mundum istum: sed collatæ inter se relatione rationis essent relata; quod maximè ostendit relationes esse res ab agente naturali expetitas ad bonum vniuersi.

8.
1. docum. ex 3. præsciendo: Conditio fundandi debet esse in rerum natura. Ratio.

Aduertendū autem est, quòd etsi conditio operandi non sit causa realis; est tamen id, sine quo causa non est in actu; quare omninò necesse est, vt conditio operandi sit in rerum natura; ita vt vel sit verum ens, vel priuatio, aut negatio realis; quæ etiam in vero ente fundatur: aliàs si conditio operandi nihil est in

re ipsa, consequitur, vt rebus immutatis omninò, id quod poterat operari, non operetur; vel id, quod nõ poterat operari, operetur: quod est impossibile. Itaque si Deus cohibeat virtutem operandi, vt in igne Babylonico, etsi ille ignis non sit mutatus, hoc tamen est nouum in re ipsa, quod non est permissa illi sua naturalis vis; & hæc negatio est realis, quæ satis est ad conditionem, sine qua agens non operatur. Similiter igitur dicendū est necesse esse, vt conditio fundandi relationem sit realis; siquidem est ibi causa realis.

Declaratur.

B

Confectarium facimus, idcirco relationes rationis non esse reales; non quia nullum habeat fundamentū, vnde quasi oriri cogitentur; sed neque etiam quòd fundamentum illud non sit res; nam & in rebus fundantur relationes rationis; sed quia non est reale fundamentū, hoc est, quia fundamentū illud nõ fundat re ipsa, hoc est, nõ est realis causa; eò quòd conditio fundandi est sola speculatio intellectus, à qua entia realia nullo modo pendent: nam agens naturale, quicquid ego animo voluam, eodem modo operatur; & relatio realis quicquid ego cogitem, eodẽ modo oritur: relatio verò rationis à modo speculandi pendet. Itaque tam est necessariū, vt conditio fundandi sit in rerum natura modo iã explicato, vt vel inde præcipuè colligamus, quæ sint relationes reales, quæ sint rationis.

9.
1. Confectariū huius docum. Relationes rationis non sūt reales, quia nõ est illis fundamentum reale, id est, causa realis, eò quòd conditio fundandi est sola speculatio intellectus

C

Consequitur illud etiam, quod summo opere aduertendum est, cum Aristot. dixit quædam relata in vnitatem, & numero fundari, nõ intellexisse vnitatem specificam esse fundamentum: sed neque esse realem conditionem fundandi, cum sit illa vnitatis ens rationis; in quo dubio viri etiam doctissimi decepti sunt, & contendunt eam vnitatem rationis esse conditionem fundandi: sed indicauit Aristot. conditionem fundandi, vna voce significans quod esset longiori oratione exprimendum: cū enim relata colligeret ad quædam capita, cõgruum fuit singula notare singulis nominibus. Quia igitur vnitatis specifica coniuncta est cum duabus formis conuenientibus in vnitatem illa; in vna forma conditio fundandi est, quòd existat altera forma eiusdem speciei; vnitatis ergo specifica non est conditio fundandi similitudinem, sed in ista forma conditio fundandi est altera forma

10.
2. confect. Arist. dicens relata fundari in vnitatem, explicatur. Vnitatis specifica, seu rationis non est conditio fundandi relatione reale. Quidã decepti dulcentiant. Arist. solum indicauit conditionem fundandi in vna forma, esse alterã formã eiusdem speciei existentem.

existens; v. g. in ista albedine conditio fundandi similitudinem, est altera albedo existens. Hoc totum Aristoteles vno nomine complexus dixit fundari hæc relata in vnitare.

11. Obiectio.

Sed obijcies, alteram formam existentem non esse conditionem fundandi similitudinem, nisi sit forma eiusdem speciei; species autem est relatio rationis; ergo necessariò intercedit operatio rationis in ipsa conditione fundandi. Quòd si dicas esse formam eiusdè speciei, hoc est, eiusdem naturæ: Nò solvisti nodum; quia illa identitas naturæ, qua dicitur eiusdem naturæ, non est identitas realis sed rationis. Ioan. Capreol. in 1. d. 30. q. 1. & Thom. Caiet. q. 7. de ente, & essentia, & paul. Soncin. 5. Metaph. q. 34. respondent negationem esse realè, quòd vna albedo, verbi gratia, non habeat se aliter, quàm alia; & hanc negationem esse conditionem fundandi. Sed hoc est verbis mutatis idem respondere, quod est improbatum; nam hæc albedo secundum entitatem individuam habet se aliter, quàm alia, & sola vnitare specifica non habet se aliter; id enim non est aliud, quod est idem: igitur cum vnitare specifica nò sit realis, non habere se aliter in specie, siue in vnitare specifica, non est realis negatio. Respòdendù igitur est còcedendo eam vnitare non esse realè, nec ibi esse realè negationem; de qua loquuntur; sed esse duas res, scilicet, albedines duas; quarù altera alteri est còditio fundandi. Itaq; similitudo nò fundatur in ista vnitare, aut relatione rationis, neque hæc sunt conditio fundandi, aut in illa conditione fundandi continetur; sed ista albedo est còditio fundandi similitudinè, cuius altera albedo est fundamentù. Et quia duæ albedines nostro modo intelligendi sunt vnius naturæ, vnitare rationis, illud quod est obscurum consultissimè declaravit Arist. dicens hæc relata in vnitare fundari, scilicet, in vnitare specifica ad modum iam expositu; relinquens nobis obscuriorè de re ista indaginem.

1. Responsio.

Refutatur. Identitas naturæ est specifica, & rationis. 2. Responsio Capreol. Caiet. Soncin.

Refutatur.

Hæc forma, e. albedo in sola vnitare specifica nò habet se aliter, quàm alia.

3. Responsio, & vera.

Duæ albedines nostro modo intelligendi sùt vnius naturæ, vnitare rationis.

12.

2. documēt. ex 3. præsciendo: Nò est necesse vt còditio fundandi sit in ipso fundamentò, vel subiecto relationis.

3. probatio.

Non tamen necesse est vt còditio fundandi sit in ipso fundamento; sicut neq; admotio passi est in agente: imò præcipua conditio fundandi, vt diximus, est vt id ad quod est relatio, existat; quæ còditio non est in ipso relato, vt constat. Similiter actio, quæ est còditio fundandi relationem in agente, non est in ipso

agente in quo est relatio, sed in passo; quia conditio agendi, vt monuimus, non est necesse vt sit in ipso agere. Item Paternitas, & Filiatio manent transacta generatione. Sed occurrit argumentum: diximus enim relationem perpetuò còservari à fundamento; ergo necesse est, vt maneat conditio agendi, quæ est ipsa generatio. Respondendum est ad quasdam relationes actionem esse conditionem fundandi necessariò coniunctam cum fundamento: quia fundatur relatio in illo fundamento, vt est in fluxu quodam, siue in fieri, vt aiunt; sic enim referuntur agens, & passum, dum actio ipsa manet: ad alias relationes actio est conditio fundandi, duntaxat vt fundamentum semel extet; quia fundantur in illo, prout est res permanens; & ita filiatio fundatur in humanitate accepta à generante: at verò etsi conditio fundandi transeat, quæ est generatio, manet tamen fundamentum, quod est humanitas. Itaque generatio est conditio, vt oriatur ista relatio, non vt còservetur.

B

C

Duo ergo sunt, quæ de còditione fundandi arguendo deduximus; & quòd sit in rerum natura, & non in solo intellectu speculante: & quòd non sit necesse, vt sit in ipso fundamento, aut in ipsa re, quæ refertur, quæ est relationis subiectù.

Disputandum igitur iam est id, quod est hæc parte capituli propositum, quomodo distributio relationum à fundamentis sit petenda.

Principio aimus diuisionem relationum specificam, vel genericam non posse sumi à fundamentò solo, nisi simul accipiatur à conditione fundandi. Probatur, quoniam positis iisdem fundamentis in vtroque relato, còsequuntur relationes specie distinctæ, verbi gratia, positis duobus candoribus in diuersis subiectis sequuntur relationes similitudinis, & relationes distinctionis realis; quæ sunt relationes specie distinctæ, & huiusmodi sunt plurima exempla: ergo ista distinctio specifica non sumitur à fundamentis, in quibus conueniunt, nisi simul accipiatur à conditione fundandi.

Dicimus secundò ab vno solo fundamento non peti speciè relationis: nam albedo, vt albedo est, fundat similitudinem cum alia abedine, & cum nigredine dissimilitudinè, eò quòd alterù fundamen-

2. probatio.

Contra hanc obieccio.

Responsio. Quædam relationes fundantur in fundamento agente, vel patiente, prout est in fluxu, seu in fieri, vt relatio agentis, vel patientis: alia fundantur in illo, prout est res permanens, vt filiatio.

13. Recoluntur duo documenta tradita de conditione fundandi.

14. De relationum distributione.

15. dictum. Relatio nò habet diuisionem specificam, aut genericam à solo fundamentò, nisi eam simul habeat à còditione fundandi. Probatur.

16. dictum. Relatio nò specificatur ab vno solo fundamento. Ostenditur 1.

cum

Ostend. 2.

* Vnum fund. nec principiando, nec terminando adæquatur relationi, sed vtrumque simul. Actioni principium, vel terminus adæquatur.

17. 3. dictum. Non specificatur ab vno fundamento cum conditione fundandi. Probatur.

At dignoscitur cognitio vtriusque fund. & conditionibus fundandi.

18. 4. dictum. Non specificatur a fundamentis simul, & conditionibus fundandi. Probatur.

Hec non habet aliquam unitatem, etiam rationis, ut speciem tribuant.

19. Responso quodam.

Refutatur validius ex 1. dicto.

tum est conditio fundandi in altero, ut iam obseruauimus: v. g. illa albedo est conditio, ut ista albedo fundet similitudinem. Præterea, ista albedo est quasi principium similitudinis istius, cuius altera albedo est quasi terminus, ut postea dicemus; neutrum tamen fundamentum speciem indicat, sed vtrumque simul: quamuis enim in actionibus principium solum, aut solus terminus speciem tribuat actioni; relationibus tamen neque solum fundamentum, neque solus terminus speciem indicat, aut tribuit. Ratio est discriminis, quia fundamentum relationis non est principium adæquatum; neque alterum fundamentum in altero relato est terminus adæquatus; siquidem positus iisdem fundamentis, possunt oriri relationes speciem differetes, ut notauimus. Ergo mirum non est, quod actiones sumant speciem a principio adæquato, aut a termino: relationes autem non sumant speciem a fundamento, cum non adæquentur.

Dicimus tertio, ad venendam speciem relationis adhuc non sufficere vnum fundamentum cum conditione fundandi; nam albedo, ut albedo, est fundamentum cum conditione fundandi similitudinem, & dissimilitudinem, cum nigredine. Si tamen ponas omnem conditionem fundandi, satis percipies speciem relationis; quia alterum fundamentum est alteri conditio fundandi, ut sæpius iteramus. At cognitio vtriusque fundamenti, & conditionibus fundandi, dignoscatur species relationis necesse est.

Colligimus quarto loco, speciem relationis non esse petendam a fundamentis simul, & conditionibus fundandi. Probatur, quonia species rei sumitur ab vno, aut quasi vno, scilicet ab vno obiecto, aut ab vno termino, in quibus est aliqua unitas saltem rationis, unde specificam unitatem alicuius rei deriuemus. Sed neutrum fundamentum relationis per se solum potest tribuere speciem relationi; duo autem simul non habent unitatem aliquam, ut speciem tribuant.

Quod si respondeas peti ab vno fundamento cum suis conditionibus fundandi, quorum vna est alterum fundamentum. Ex ista responsione surgit maius argumentum; nam relatio, ut comprobauimus, non sumit speciem a solo funda-

mento, sed a fundamento, & conditione fundandi simul, quod est ens per accidens non habens aliquam unitatem, etiam rationis; unde unitas specifica relationis depromatur: maxime cum quædam conditio fundandi sit alterum fundamentum distinctum. Et confirmatur, quoniam si quam faciunt unitatem hæc simul omnia, proferatur illa unitas, & producat in medium, ut inde oriri unitatem specificam relationis confiteamur. Non ergo a fundamento accipitur unitas specifica relationum.

Obijcitur tamen contra hoc; relationes enim definimus per fundamenta; definitio autem maxime circumscribit naturam rei, & speciem indicat: unde etiam ex iisdem fundamentis, & conditionibus fundandi, necesse est oriri sepe easdem relationes in unitate speciei; ergo unitas specifica relationum a fundamentis sumitur.

Respondendum est relationes non defini quidditatiua definitione per fundamenta, sed definitione causalis; sed neque per causam vnã adæquatã, ut iam ostendimus, cum idem fundamentum sit causa plurium relationum, conditio autem non est causa: quare nullo modo definitur relatio per fundamentum, tanquam per causam adæquatam. Sed tamen fundamentum cum omnibus conditionibus fundandi est causa propria istius speciei, licet sit causa per accidens: sicut effectus contingentes, si comparentur cum omnibus coniunctis per accidens, sunt semper iidem. Cum autem a causa per accidens non sumatur species rei, neque species relationum a fundamentis petenda est.

Concludimus igitur relationes suas habere genera subalterna, & differentias constituentes, quibus in specie collocantur; ideoque necesse non esse, ut sicut actiones, quarum non sunt proprie differentie, specificantur per terminos, ita & relationes per sua fundamenta speciem sortiatur, cum relationes suas habeant differentias, quibus diuidantur.

Nihilominus confitendum est relationes defini, & specificari per sibi oppositas relationes, quibus etiam coæquantur, quæ est sententia S. Tho. 1. p. q. 32. art. 2. & 3. p. q. 35. art. 5. Legendus quoque est Paul. Soncin. 5. Met. q. 32. Neque est quidpiam recusandum, quod relationes non mutur, quibus oppositæ sunt relationes

Confirmatur refutatio.

20. Obiectio.

21. Solutio.

Relatio per fundamentum non definitur definitione quidditatiua, sed causalis. In o fundamento nullo modo est causa vna adæquata. At cum omnibus conditionibus fundandi est causa propria, sed per accidens.

22. 5. dictum.

Specificatur a differentijs ipsarum relationum proprijs. Actionum non sunt proprie differentie.

23. 6. dictum.

Specificatur etiam a relatione sibi opposita cui etiam coæquantur.

S. Thom. Soncin.

Intellige etiam quando opposita relatio est re-

tionis, etsi nō terminet realē. Ratio. Specificatio, & definitio sunt opus rationis. 1. Exemplum logica.

2. Exemplum creaturæ.

24.

Dispar ratio de fundamentis oppositæ relationis.

Etsi terminet relationē, non terminat eam adæquatē.

25.

Aristot. explicatur.

Dicuntur ab eo tria genera relatorum, hoc est, tres classes, seu collectiones.

Mar. 9. n. 27.

Probat.

relationes rationis, specificentur ab iisdem. Nam etsi suapte natura non terminentur ad easdem, vt postea docebitur, possunt tamen per eas specificari, & defini. Nam & specificatio, & definitio sunt opus rationis: & ita scientiam logicam specificamus ab ente rationis, & ab unitate rationis. Quapropter paulò antea comprobauimus, in fundamento neque unitatem rationis esse, à qua species relationum sortiremur; sufficit enim unitas rationis, vt ab illa petatur rei alicuius species: relatio ergo realis specificatur, ducitque speciem à relatione opposita, siue illa sit realis, siue rationis: creaturā enim per creatorem rectè definimus; & scientiā per scibile, sicut Patrem per Filium, & simile per simile.

Falsò tamen quis credit relationem specificari à fundamento alterius relati, quasi à termino: nam etsi suo modo illud etiam fundamentum terminet relationem, vt postea declarabimus, non tamen terminat adæquatè, vt hactenus disputauimus: nam ad albedinem tanquam ad terminum sunt plures relationes specie distinctæ, sicut antea comprobauimus: sed à terminis relatiuis rectè specificantur relationes, & per eosdem definiuntur, vt cum S. Thom. docuimus, eò quòd relationes oppositæ sibi inuicè adæquantur.

Postremum consecrarium est Aristot. non diuississe relationē per species proximas, siue genera subalterna; sed quia relationes per fundamenta, conditionesque fundandi clariùs dignoscuntur, omnes relationes quasi ad classes collegit per fundamenta, conditionesque fundandi: dicunturque tria genera relationum, hoc est, tres classes, vel partes tres: genus enim dicimus aliquando, non logicè, sed vulgariter conditionem rei, siue multitudinem quampiam collectam, vt dicimus genus hominum cupidorum; & in Euāgelio, *Hoc genus demoniorum*. Dicimus ergo relata primi generis collectionem relationum, quæ unitate, vel numero fundantur. Probat, nam unitas, quæ est conditio primorum relatorum, accipitur varijs modis, vt dicemus postea: & actio, & passio, quæ est alterius generis conditio, ea etiam, quæ nō sunt actiones complectitur, vt parte 2. cap. elucidabimus: & relatis tertij generis nullum certum fundamentum, aut

A conditio fundandi præscribitur ab Aristot. Neque etiam per has conditiones colligimus essentialē aliquam convenientiam genericam, vnde genus subalternum relationum deprehendamus, vt indaganti erit experimento perspicuū: ergo specifica distributio relationū non fit per conditiones fundandi. Dicitur igitur distributio relationum peti à fundamentis, & conditionibus fundandi, & hoc ore omnium vsurpatur: sed intelligenda est hæc distributio non per species, aut genera; sed per collectiones quasdam, & classes, in quibus sunt plures relationes ortæ eodem fundamento, aut ferè eodem, ita vt ad idem reuocentur.

B

PARS SECVNDA.

Relatorum tria genera explicantur.

D E tribus generibus relatorum disputantibus, primum est genus eorum, quæ in unitate fundantur. Principio dicendum est, hanc unitatem non esse formalem, quia unitas formalis est realis, quæ in indiuiduis multiplicatur, & ita duæ albedines non conueniunt in vna unitate formali, qua dicantur similes, sed habent duas unitates formales, sicut sunt albedines duæ: sed neque in indiuiduis singulatim unitas formalis est conditio fundandi similitudinem, vt quidam existimarunt; ea enim unitas, si quæ relationem realē fundat, relationem distinctionis fundat, vt docebitur. Deinde neque unitas rationis est conditio fundandi relationē realem, cum sit ens rationis, vt iam comprobauimus. Neque verò fundamentum istius unitatis rationis est sufficiens ad fundandam relationem realem absque alia reali conditione, vt liquet. Dicendum ergo est in ijs relatis, quæ dicuntur fundari in unitate specifica, hoc nomine unitatis, non significari formaliter ipsam conditionem realem fundandi, sed duntaxat per illud, quod est notius, indicari.

D

Est autem realis conditio fundandi has relationes, altera forma existens in altero relato; verbi gratia, in vno pariete albo sua albedo est fundamentum similitudinis; conditio autem fundandi est albedo existens in altero pariete; & in illo altero pariete sua albedo est fundamentum, & albedo in alio pariete est conditio

1. De primo genere quatenus fundatur in unitate.

In his unitas formalis non est conditio fundandi.

Ratio.

Item neque in indiuiduis singulari im fundat saltē similitudinem, contra *Scar. Sect. 11.*

Ratio.

Unitas rationis non est conditio fundandi. Item nec fundamentū unitatis rationis.

Unitas specifica solum indicat conditionē fundandi.

2.

Hæc conditio est altera forma existens in altero relato. Exemplum.

conditio fundandi similitudinem, vt explicauimus.

3. Hæc autem conditio fundandi communis est tribus speciebus relationum, scilicet similibus, æqualibus, & similibus in substantia, de quibus statim dicemus. Similia propriè dicuntur propter qualitatem, vt propter albedinem, aut muscam; æqualia propter quãtãtatem; eadẽ propter substantiam, quæ identitas est similitudo in substantia.

4. De ijs quæ sunt similia in qualitate quæritur: Vtrum vnitas generis sit satis ad similitudinẽ? verbi gratia, Vtrum corpora omnia sint similia in colore, quia omnia sunt affecta coloribus, licet specie variatis? Imò, Vtrum omnes substantiæ creatæ sint similes qualitate, quia omnes suis qualitatibus sunt ornata; ita vt vnitas summi generis, aut saltẽm generis subalterni sufficiat ad similitudinẽ?

5. Quidam sunt qui sibi persuadent unitatem generis, imò & unitatem analogiæ fundare similitudinẽ: sed hoc est impossibile; nam relata quædam sunt suo modo repugnantia, vt eidem inesse in eadem comparatione cum altero sit impossibile; natura autẽ generis, & speciei est omninò res eadem, & sola ratione differunt, quæ non est conditio fundandi. Incredibile igitur est, quòd albedo, & nigredo, quæ sunt res simpliciter dissimiles, propter genus coloris, in quo habent unitatem, sint etiam similes; cum genus ab speciebus nullatenus sit res distincta; simile autem, & dissimile sint relationes diuersæ, imò & contrariæ. Et confirmatur, quia natura in re omninò eadem non expetit contraria; nam ipsa sibi non consentiret: sed in his coloribus diuersis natura expetit dissimilitudinẽ; ergo nullam similitudinẽ in iisdem expetit. Et iterum confirmatur doctrinã à nobis traditã; quia vnitas ipsa generis non est conditio fundandi, cum sit unitas rationis: cum ergo albedo, & nigredo sint simpliciter res dissimiles, vt postea explicabimus, nihil in re ipsa superest, vnde sint similes.

6. Ex quibus colligimus in ijs rebus, in quibus natura generis differt re ipsa à differentia, vt lib. 5. disputabimus, accedere, vt sint in genere similes, & in differentia dissimiles; siquidẽm est ibi reale fundamentum, & distinctum istarum quasi contrariarum relationum; sunt ergo ho-

Est comunis tribus speciebus relationum.
De i. specie, sc. similitudine, i. difficultas, Vtrum ad eã fundandã sufficiat vnitas generica?
Soar. cit. affirmat, etiam de analogica. Refutatur i. Species dissimiles simpliciter, non possunt esse etiã similes propter genus, quia do natura generis differt sola ratione à differentia.
i. confirmatio refutationis.
2. confirmatio ex n. i.
Confect. Possunt esse etiam similes, quando natura generis differt re ipsa à differentia, vt in homine.

A mo, & leo dissimiles suis differentijs; quia homo rationalitate dissimilis est omnibus brutis; sed in natura animantis est similis; quia in homine natura animantis est distincta à rationalitate. Et licet in leone natura generis nõ sit res distincta à differentia; ipsa tamen natura leonis, in qua genus, & differentia est res vna, comparata cum natura animantis in homine, est similis, & comparata cum differentia est dissimilis: quia possunt relationes diuersæ, & contrariæ inesse eidem, si comparentur cum fundamentis in altero relato distinctis. Eodem modo species arboris, vt platanus, & equus, sunt similes in genere, dissimiles secundum differentias; quia in equo est natura sensitua, qua conuenit cum platano distincta re ipsa à differentia sensibili. Et platanus cum lapide comparata, similitudinem habet in natura generis, & dissimilitudinem in differentia: quia in his sunt hæc distincta, scil. natura generis, & differentia, vt lib. 5. disputandum est. Hæc autem, quæ solo genere sunt similia, simpliciter sunt dicenda dissimilia, quia differentia est, quæ dat nomẽ rebus; quare cum propter differentias sint dissimilia, simpliciter sic vocanda sunt, & secundum aliquid similia: vbi verò natura generis non distinguitur re ipsa à differentia, nulla relatio realis à genere sumitur, vt diximus.

Adde his, similitudinẽ in substantia potius dicendam esse identitatem, quàm similitudinẽ, vt dicemus. Quare, cum in genere qualitatis, & accidentium natura generis non sit distincta à differentia; similitudo propriè dicta, quæ fundatur in qualitate, non potest attendi ab unitate generica, sed à sola specifica. At verò similitudinẽ per intellectum excogitata, omnia quæ conueniunt in genere similia sunt, licet sint in specie dissimilia; quia in relationibus rationis, non est necesse fundamenta diuidi re ipsa, sed satis est, quòd cogitando separemus genus ab specie, vt in genere fundemus similitudinẽ rationis.

Quòd verò S. Thom. insinuat i. p. q. 26. art. 1. ad 2. quædam esse eadem reali relatione, aut secundum genus, aut secundum speciem; verum esse inuenitur in ijs, quibus natura generis re ipsa est distincta à differentia, vt notauimus. Similia autem in genere nulla posuit, sed in spe-

vide l. i. c. 31. p. 2. n. 4. & lib. 4. c. 2. p. 1. n. 6. & p. 2. n. 15.

Obiect. Occurritur. Vt in leone sit dissimilitudo, & etiã similitudo realis cum homine, sufficit ex parte hominis fundamẽta distingui re ipsa. Sic platanus, & equus sunt similes in genere, dissimiles in differentia. Item platanus & lapis.

Huiusmodi species, simpliciter sunt dicendæ dissimiles. Ratio.

7. Refutatur 2. Similitudo in substantia potius est identitas.

In qualitate sumitur à sola unitate specifica.

8. Locus S. Thom. explicatur ex num. 6. & 7.